



Sancti Hieronymi Stridoniensis Operum, Tomi ...

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplarium multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Commentarii In Epistolas Divi Pavli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75132)

COMMENTARII IN EPISTOLAS DIVI PAULI

PRO O E M I V M.



Iteris tuis cursum mihi allatis, & laboribus & curis in sacris codicibus defudare me cogis, iam mihi senescente corpore, & viribus lassescens, Heliodore sancte: idque in epistolis B. Pauli Apostolis quæ & scientia prædicatoris, & lima iustitiæ tam magnæ & prædicando, & docendo testimonio Spiritus sancti prolata atque dilata sunt, ut comparare, aut coequare veteri testamento & euangelicæ doctrinæ non dubitemus. Ipse

enim revelante sibi Spiritu sancto cognovit, dum se raptum esse usque ad tertium cælum in corpore aut extra corpus asserit, hoc est, usque ad tertiam legem veteris nouique testamenti. In corpore, aut extra corpus id est, neque per legem naturæ, neque per legem literæ, sed per Spiritum sanctum ei, omnibus apostolis minimo, nouissime datum per Iesum Christum Dominum nostrum, per quæ habemus accessum in gratia ista, in qua & stamus & gloriamur. Nos verò simpliciter exposuisse, breuibusque sermonibus comperies. Eius nempe epistolæ magnificentius ab omnibus sapientibus & interpretantur, & prædicantur.

COMMENTARII IN EPISTOLAM PAULI AD ROMANOS.

CAPVT I.

AVLVS.] Querimus quare Paulus scribat, cum Saulus antea sit vocatus? Quod ex more sanctorum fecisse credendum est, qui in virtutibus proficientes, mutato nomine sunt vocati, ut essent etiam ipso nomine noui, ut Abraham, & Sara, & Cephas. Aliter, Paulus. Sicut aliorum sanctorum tam in veteri quam in nouo testamento, id est, Abraham, & Petri, & cæterorum, profectu & incremento meritorum mutata sunt nomina: ita & Paulus in gratia proficiens nomen sibi ipse mutauit.



DAULUS, b seruus Iesu Christi, c vocatus Apostolus, d segregatus, e in euangelium Dei, f quod ante promiserat per prophetas suos, g in scripturis sanctis h de filio suo, i qui factus est ei, ex femine Dauid, k secundum carnem: l qui prædestinatus est filius Dei in virtute: m secundum Spiritum sanctificationis, n ex resurrectione, mortuorum Iesu Christi Domini nostri, o per quem accepimus gratiam & apostolatam, p ad obediendum fidei, q in omnibus gentibus, r pro nomine eius, s in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, t omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, u vocatis sanctis, x Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo.

scripturis, & quod Christus secundum carnem ex Dauid stirpe, id est, de Maria virgine sit creatus, secundum quod prædixerat Esaïas.

h ¶ *De filio suo.*] Multi filij gratia, hic natura: cuius etiam in carne natiuitas dissimilis cæteris inuenitur, eo quod ex virgine natus est.

i ¶ *Qui factus est ei ex femine Dauid.*] Factus per Spiritum sanctum.

k ¶ *Secundum carnem.*] Addendo secundum carnem, & Fotinum excludit, & Arium. Si enim secundum carnem factus est, secundum verbi vtiq; substantiam factus non est.

l ¶ *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.*] Dicendo, in virtute, ostendit non solum humanæ nature esse conceptum, sed absq; e virili semine ex virgine præcreatum. Inferendo aut. in.

m ¶ *Secundum Spiritum sanctificationis.*] Ostendit creatorem suum Spiritum sanctum. Item ut sit in omnibus ipse primatum tenens, secundum Spiritum sanctificationis prædestinatus, ut prior omnibus incorruptibilitatis virtute surgeret, & viam resurrectionis Dei filijs aperiret. De quibus ipse dicit. Quia filij Dei, cum sint filij resurrectionis.

n ¶ *Ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini.*] Non omnium resurgentium, sed ad Christum pertinentium, in ipso Christo resurrectionis forma est.

o ¶ *Per quem accepimus.*] Gratiam, in baptismo: Apostolatam, quando à Spiritu sancto directus est. Apostolus enim Græcè, Latine missus dicitur. Item recto ordine, accepta gratia, honorem apostolatus meruisse se dicit.

p ¶ *Ad obediendum fidei.*] Ostendit euangelij gratiam obediendum prædicandam.

q ¶ *In omnibus gentibus.*] Apostolatam accepit, ut iam non legi, sed fidei obediret.

r ¶ *Pro nomine eius.*] Vice nominis eius fugimur, ut ipse ait. Si cut misit me pater, & ego mitto vos. Et iterum: Qui vos recipit, me recipit.

s ¶ *In quibus estis & vos vocati Iesu Christi.*] Et in vobis, id est, Romanis apostolatam accepimus.

t ¶ *Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei.*] Hoc est, omnibus credentibus, quos æqualiter diligit Deus sine acceptione personæ Iudæi, vel Græci.

u ¶ *Vocatis sanctis.*] Sanctis vocatione Dei, non meritis facti. Item idcirco dicit, sanctis, quoniam gratiam Spiritus sancti habentibus prædicabat.

x ¶ *Gratia vobis & pax à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo.*

Esai. 7. o.

H

Ioan. 6. f. Mar. 20. d.

A

Talis est ubique salutatio eius, ut & commemoret in nobis beneficia Dei, & optet in nobis integra permanere: quia & gratis nobis peccata dimissa sunt, & reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Commonet etiam pacificos esse debere unam eandemque gratiam consecutos.

a ¶ *Primum quidem gratias, &c.*]

Natura Deus omnium est: merito & voluntate, paucorum, ut Deus Abraham, secundum quod hic suū nominat Deum.

b ¶ *Per Iesum Christum, &c.*]

Hoc est, non pro Iudæis solis.

c ¶ *Quia fides vestra, &c.*]

Ostendit quomodo Romanorum fides omnibus ecclesijs cognita sit. Vel certe quod eadem fides, quam Romani tenent, in uniuerso mundo ab apostolis prædicatur: item prudenter laudat, ut prouocet ad profectū. Siue quia omni mudo mirum fuit Romanos credidisse, qui idololorū nimia fuerant cultura possessi, ita ut omnium gentium dijs, quas vicerant, deseruerēt. Sed & simpliciter eorū fidem laudasse credendum est, cuius nunc deuotio demonstratur.

d ¶ *Testis enim mihi est Deus, &c.*]

Hoc est, in toto corde meo & præpota deuotione mea deseruio. Si enim volēs hoc ago, mercede habeo. Siue verbū hic spiritū nominauit, ut est illud. Verbo domini celi firmati sūt, & spiritū oris eius omnis virtus eorū.

B

e ¶ *Quod sine intermissione.*] Hic ostendit se omnia ex dilectione dicturum, ut liberius audiat, & dat exemplum sine intermissione orandi.

f ¶ *Obsecrans.*] Qua liberatione ad vos quandoque perueniā in voluntate Dei. Aliter enim prosperum iter non habeo, nisi me voluntas Dei, quæ omnia nouit, illuc direxerit, ut aliquid habeam fructum. Vnde in actibus Apostolorū legitur, eos aliō ire volentes, aliō destinatos. Siue secundum illud Iacobi. Si Deus voluerit & vixerimus, faciemus hoc, vel illud.

g ¶ *Si quo modo tandem aliquando prosperum, &c.*] Demonstrat se cuncta quæ agebat, ex Dei genere voluntate.

h ¶ *Desidero, &c.*] Hic ostendit quomodo eos superius laudauerat, qui ad confirmandū aliquid gratæ indiget spiritualis

i ¶ *Ut aliquid impertiar gratia vobis.*] Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare se velle Paulus dicit, non quo minus accepissent à Petro: sed vt duobus Apostolis testibus atque doctoribus, eorum roboraretur fides.

k ¶ *Id est simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est fides, &c.*]

Vt per communem fidem inuicem consolemur.

l ¶ *Nolo enim vos ignorare, fratres, &c.*] Per commentantes autem fratres audire potuistis.

m ¶ *Et prohibitus sum vsq; adhuc.*] Ostendit se occupatum necessitate euangelij prædicandi, Romam adhuc ire non posse. Item prohibitus hic occupatus accipitur, dum alijs prouincijs prædicauerit, sicut ipse exponit in fine epistolæ suæ dicens: Propter quod & impediēbar plurimum venire ad vos.

n ¶ *Ut aliquem fructum habeam in vobis.*] Mercedem laboris sui nominat fructum.

o ¶ *Sicut & in ceteris gentibus.*] Subauditur, habeo.

p ¶ *Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.*]

Sapientes, Græcos philosophos: barbaros, insipientes appellat.

q ¶ *Itaq; quod in me promptum, &c.*] Qui Romæ estis: æquē insipientibus vt Græcis euangelizare vult.

r ¶ *Non enim erubescō, &c.*] Rectè dicit non se erubescere prædicatione crucis, quæ credentibus Dei virtus est in salutē.

Item, hoc ad taxationem subtiliter pertinet paganorum, qui cum non erubescant credere Deum suum Iouem propter inanem libidinem in animalia irrationabilia & insensibilia

esse mutatum: nobis erubescendum putant dominū propter salutem perditū hominis credere crucifixum, cū in altero horrendum sit dedecus, in altero admiranda pietas atque virtus. Simul & illos hæreticos tangit, qui hæc tanquā indigna Deo refugiunt, vt hominem indueret, quæ pro salute humani generis passioni traderet, non intelligentes nihil dignius creatori quàm creaturæ suæ curare salutem: maxime cum ipse per hoc naturæ detrimentū quasi impassibilis sentire non possit.

s ¶ *Virtus enim Dei est in salutem.*] Nulla maior virtus est, quam quæ deuicta morte homini perditō reddidit vitam.

t ¶ *Omni credenti.*] Quamuis infirmitas videatur in credentibus.

u ¶ *Iudeo primum & Græco.*]

Siue quod iustū fuerit, vt quomodo Abraham credens ex gentibus per solam primam fidem saluatus est: ita ceteri credentes saluentur. Siue quod illud testamentum, quod per legem Deus verax promiserat, debuerat exhiberi.

x ¶ *Iustitia enim Dei in eo reuelatur.*] Ostendit ex fide vniuersali que nostrum prædicationis fidem posse roborari.

y ¶ *Ex fide in fide.*]

Siue quod ex fide iustificatur Iudæus, & in fide gentilis: & ideo exposuerit vt acologia virtū declinat.

z ¶ *Sicut scriptum est.*] Non ex operibus legis.

a ¶ *Iustus autem ex fide viuunt.*]

Propterea hoc dicit: quia sine fide, hoc est, sine spe retributionis bonorum operum, pericere virtutes nemo poterit, sicut & ipse ad Hebræos perhibes docet. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est: & inquirentibus se remaneat.

b ¶ *Reuelatur enim ira Dei de celo.*]

Si dicentibus Manichæis crudelis asseritur Deus veteris testamenti, quia super peccatores vindictam inducat: quo modo hoc loco ab Apostolo dicitur, à Deo noui testamenti vindictam impijs hominibus inferendam? Vnde monstratur vnum eundemque Deum esse noui & veteris testamenti. Item incipit ad partem gentium loqui, dicitque Dei iram per euangelium reuelari, siue per naturæ testimonium: nouerunt enim homines & beneficia, & plagas expectare de celo.

c ¶ *Super omnem, &c.*]

Tres esse videntur impietates. Prima & maxima in Deum, quæ aut per blasphemiam, aut per idololatriam admittitur. Secunda in parentes, aut iniuria, aut contemptus, sicut scribitur in Leuitico. Si quis dormierit cum uxore patris sui, morte moriatur: ambo impietatem fecerunt. Tertia in extraneos, ut est illud, Et tu remissisti impietatem cordis mei. Et plura alia, quæ enumerare per longum est. Siue omnis impietas ad diuersas idolorum culturas referenda est, vt impietas quasi ad iniuriam Dei: iniustitia verò ad omnia peccata pertinere videatur.

d ¶ *Eorum qui veritatem, &c.*]

Veritatem nominis Dei iniustitia indignæ materię detinente dolorem. Item scientes delinquant, qui Dei veritate agnita iniuste agunt.

e ¶ *Quia quod notum est Dei.*]

Ostendit quo modo omnis homo naturalem habens intellectum, agnoscit esse in se quendam substantiam inuisibilem, quæ diuersas in hominibus artes & disciplinas operatur. Quo etiam exemplo inuisibilis Deus manifestatur hominibus ex his operibus, quæ operatus est & operatur simul & mens trinitatis demonstrat imaginem, in qua generat in situm sibi verbum, & inseparabilem habet sibi natum verbum sapientia. Item quod potest naturaliter scire de Deo quod sit, & quod iustus sit.

f ¶ *Manifestum est in illis.*]

In conscientijs eorū. Omnis namque creatura Deum se nosse testatur, & ab alio factā indicat.

Act. 16. 8.
& 17. d.
Iacob. 1.

Hebr. 11.

Leuit. 20.

Psal. 31. 6

E cuius voluntati sibi parere necesse sit. Si enim Deus summum magnū est, inuisibilis, incomparabilis, incomprehensibilis, inestimabilis, & qui super omnia sit, id est, cui neque proponi aliquid, neque possit aequari siue magnitudine siue claritate vel potentia, manifestum est hoc nulli creaturæ posse cōpetere, quæ & oculis videtur, ratione colligitur, & estimatione iudicatur. Maior autē omnibus per omnia nulla est creatura: quia omnes se alterutrum vincunt. Alia enim magnitudine, vt cælum, terra. Alia claritate, vt sol, luna, vel stella. Alia altitudine, vt mare. Ita ergo peruideatur, quia nullum elementū sit Deus. Quod autē facta sint, mutabilitas eorum, quæ nō potest cadere in eternitatem, demonstrat. Quod verō nō seipsa fecerint, manifestū est: quia si seipsa fecerunt, iam erant antequā fierent, vt se facere possent: quod valde absurdum est dicere. Cū verō variat, & ordines suos permutant, & alterutrum cedunt, ostendunt se ab vno authore facta, & nō suam, sed domini sui facere voluntatem, cuius transgredi non possunt impetium.

a ¶ *Deus enim illis manifestauit.* Virtus enim eius occulta ex his, quæ palam sunt, æstimatur. Si enim ea quæ videntur, tā præclare ab eo facta sunt, vt quidā illa deos putarent, & æterna assererent tentarent: quanto magis factorem sempiternum & omnipotentem & immensum esse intelligere potuerunt: secundū sapientiæ librum dicentem. Ad cuius magnitudinem, creaturarum comparata, poterit horum creator videri, &c.

b ¶ *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Tam euidenter intellecta sunt, vt conspecta dicantur.

c ¶ *Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles: quia cum cognouissent Deum.* Siue per naturam, siue per facturam & rationem.

d ¶ *Non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.* Pro eo quod tales facti sunt, vt Deum possint agnoscere si velint.

e ¶ *Sed euauerunt in cogitationibus suis.* Putantes se Dei magnitudinem in cogitatione posse comprehendere, euauerunt in naturali sapore, creaturas pro creatore venerati.

f ¶ *Et obscuratum est insipientis cor eorum.* Recedentes à lumine veritatis.

g ¶ *Dicentes enim se esse sapientes.* Quasi qui inuenissent quo modo inuisibilis Deus per simulacrum visibile coleretur.

h ¶ *Stulti facti sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem.* Non intelligentes nullam similitudinem habere mortale immortalis, & incorruptibile sempiterni.

i ¶ *Imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Non hominis solum, sed imaginis hominis: & non huius tantum, sed etiam animalium. Hic Iouis cultores appellat, qui eum propter amores fœdissimos in ista asserunt transformatum: & idcirco se illi tales imagines consecrassent, in quibus libidini satisfecit.

k ¶ *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.* In hoc quod Deus tradidisse dicitur proprijs desiderijs peccatores, ostendit non quod ipse sit causa, sed quod per longanimitatem & patientiam non inducendo vindictam patitur eos secundum cordis sui agere voluntatem: hoc facit volens eos ad pœnitentiam conuerti. Item, tradere in scriptu-

ris dicitur Deus, cum non retinet delinquentes propter arbitrij libertatem, sicut in psalmo dicit. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum.

l ¶ *In immunditia.* Quæ est in turpibus ministerijs idolorum.

m ¶ *Vt contumelijs afficiant corpora sua.* Dum sibi in sacramentis eorum, cauteria & combustiones infligunt.

n ¶ *In semetipsis.* Vt quasi amentes ipsi in se suorum sint vindices delictorum.

o ¶ *Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium.* Commutauerunt verè Dei cultum in mendacium idolorum, quæ falso prodigijs coluerunt: & quodammodo stultis mentiuntur esse quod non sunt.

p ¶ *Et coluerunt, & seruerunt creaturæ potius quam creatori.* Non solum dilexerunt, sed etiam seruerunt. Quicumque alicuius creaturæ cupiditate vincitur, ipsi seruit. A quo enim quisque superatus est, huius & seruus est.

q ¶ *Qui est benedictus in sæcula.* Cui si seruissent, fieri benedicti in sæcula potuissent. Qui enim fecerit voluntatem Dei, manet in æternum: sicut ipse manet in æternum.

r ¶ *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominie.* Propter causas superius memoratas, in his flagitijs sunt dimissi.

s ¶ *Nam femine eorum immutauerunt naturalem usum in eum vsu, qui est contra naturam.* Omnia peruerterunt in Deū peruersi. Neque enim ordinem naturæ seruauerunt, qui naturæ dereliquerunt authorem. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, initium & finis.

t ¶ *Similiter autem & masculi relicto naturali vsu femine exarserunt in desiderijs suis inuicem, masculi in masculos, turpitudinem operantes.* Effrenata libido modum seruare non nouit.

v ¶ *Et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.* Sic incurrit ordo, vt qui Dei oblitri erant, nec se ipsos agnoscerent.

x ¶ *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia.* Non negauerunt, sed minimè probauerunt. Ille enim probat se Deum habere in notitia, qui semper illum in presenti habens, peccare non audet.

y ¶ *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Non reprobandi sunt traditi in reprobum sensum.

z ¶ *Vt faciant ea quæ non conueniunt.* Homini facere.

a ¶ *Repletos omni iniquitate, malitia.* Iniquitatem & malitiā, principales causas ostendit vitiorum esse.

b ¶ *Fornicatione avaritia.* Fornicationem autem & avaritiam simul iunxit: quia vtrique penè idololatria comparatur nequitia.

c ¶ *Plenos inuidia, homicidio.* Pulchrè inuidiam homicidio sociavit: quia prima huius criminis ipsa materia est.

d ¶ *Contentione.* Contentio est, vbi non ratione aliquid, sed animi pertinacia defenditur: & vbi iam non veritas quaeritur, sed proximus fatigatur.

e ¶ *Dolo.* Occulta malitia blandis sermonibus adornata.

f ¶ *Malignitate.* Malitiæ votum, vel opus, malignitas appellatur.

g ¶ *Sufurrone.* Murmuratores, non in faciem, sed in aurem loquentes.

h ¶ *Detractores, Deo odibiles.* Nihil est enim tam odibile Deo quam

A

quam idololatia, cui per similitudinem eradicandi poena detractio scripta coniungitur.

a ¶ Contumeliosos.] Qui veloces sunt in verbis iniuria.

b ¶ Superbos, elatos, inuentores malorum.] Qui vult supergredi quod est, superbus est, sicut diabolus perdit seipsum quod esse, hic infra se fiet, & ideo sequitur; Inuentores malorum, quia semper superbia excogitat & inuenit mala, sicut autot superbia per elationem suam inuenit sibi malum, quod ante non fuerat. Elatus autem dicitur, qui effertur super mensuras suas.

c ¶ Parentibus non obedientes.] Veri parentes sunt, qui per se men verbi generant in lucem filios ad vitam eternam.

d ¶ Inspicientes, incompósitos.] Qui a fonte sapientie recesserunt, necesse est vt inordinate ferantur.

e ¶ Sine affectione, absq[ue] fœdere.] Affectio est adimpletio charitatis.

f ¶ Sine misericordia.] Quomodo alij poterat misereri, qui in se misericordes esse noluerunt? Hæc omnia per ordinem digesta peccata de illis dicuntur, qui dereliquentes Deum, ab eo vicissim sunt derelicti. Caueam[us] ergo & nos, ne quod malum ex his habentes, simili-ter relinquamus.

B

g ¶ Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte.] Hic ostendit quomodo vnusquisque hominum scit se à Deo secundum actus proprios iudicandum, in quo & ipse alium hominem peccantem iudicat atque condemnat. Item cum ex eo sibi quisq[ue] displicet quod fecerit malum, Dei iustitiam cognouisse dicitur, non intellexerunt tales ab eo, & si non in presenti, tamen in futuro esse puniendos. Si enim intellexissent, vtique talia committere timuissent.

h ¶ Non solum qui ea faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.] Ne quis diceret hæc non omnia se fecisse, addidit: qui consentiunt facientibus, Sed & qui in istis non consensit, qui iudicabant huiusmodi: tamen idololatriæ consentiendo, quæ omnium horum caput & causa est, omnibus consensisse videbatur.

CAPVT II.

P Ropter quod inexcusabilis es ð homo omnis qui iudicas, In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas.] Omnes huiusmodi qui dijudicabant, maximè tamen hi qui habent in reprehendendo iudicium iudices & domini conueniuntur. Naturali enim iudicio dignam factis profert vnusquisque sententiam: omnesq[ue] nouerunt & innocentiam mereri præmium, & malitiam habere supplicium.

k ¶ Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc ð homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea: quia tu effugies iudicium Dei.] Secundum veritatem erit iudicium qui iudicabuntur huiusmodi qui non condemnare in alijs potuerunt, quæ ipsi committere non timuerunt. Si enim tu peccator peccatorem tibi similem iudicas: quanto magis Deus iustus re iudicabit iniustum, ne illi mala placere, & displicere bona forsitan videantur? Quippe quem sine personarum acceptione nec amicis suis, nec angelis legimus pepercisse peccantibus. Humanum autem iudicium multis modis corrumpitur. Amore, odio, timore, auaritia sæpè iudicij integritas violatur: & contra iustitiæ regulam interdum misericordia inclinatur.

l ¶ An diuitias bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit.] Hic aperte monstratur, quare peccatori desideria cordis sui dimiserit Deus: & cum possit prohibere peccantem, vel inferre vindictam, mauult conuerti ad poenitentiam. Item nunquid propterea tibi de impunitate blandiris, quia Deus in presenti non reddit: & tu longitudinem temporis, & abundantiam bonitatis intrens, putas iam non esse iudicium? Audi scripturæ sententiam. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad poenitentiam conuerti. Bonus est expectando, iustus est puniendo: vnde admonet Propheta: Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem: subito venit ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Et iterum. Ne dixeris, peccavi, & quid accidit mihi triste? est enim altissimus patiens redditor. Multitè homines per patientiam Dei seducunt: quia non vult statim punire peccantes. Putatur enim aut res humanas minimè curare, aut culpas indulgere, quia differt. Plei-que etiam contra se calumniantur, cur in presenti non reddit, non intelligentes quòd si ita fieret, nullus penè hominum remaneret: nec vquam de iniustis fierent iusti. Ideo

C

Per. 3. d.

Eccl. 5. a.

D

Psalm. 89.

Iob. 24. d.

CAPVT II. P Ropter quod inexcusabilis es ð homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, ð homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea: quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impoentens cor, thesaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, querentibus vitam æternam. His autem qui sunt ex contentione,

autem hominibus videtur Deus diu expectare peccantes: quia nos cum parui temporis sumus, annos centum eternitatem putamus. Ille autem apud quem mille anni pro vno sunt die, centum annos vnus horæ sine spatio non coquat: quapropter hoc paruus est apud eum, cum etiam homines soleant multo tempore correctionem sperare peccantium.

m ¶ Secundum duritiam autem tuam & impoentens cor.] Tu autem impudens æger ad vulnera maiora abuteris ipso remedio: quia iuxta sententiam beati Iob, Poenitentis loco abuteris in superbiam. Vnde non agnita pietas maius tibi iudicium parat, vt vindictam sentiat, qui misericordiam sentire contempsit. Iterum, Omne enim cor quod non sentit, induratur: hoc enim modo indurauit Deus cor Pharaonis.

n ¶ Thesaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius.] In diem iudicij iram tibi super iram ipse condis, qui die definito & certo tempore apparebit.

o ¶ His quidem qui secundum patientiam boni operis.] Boni operis merces per patientiam expectatur: quia in presenti vita non redditur. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Et tunc erit perfectum opus, si in finem vsque durauerit: quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

p ¶ Gloriam & honorem & incorruptionem.] Gloriam, qua sancti fulgebunt vsq[ue] in æternum. Honorem, filiorum Dei, quo nihil est maius, per quem etiam angelos iudicabunt. Incorruptionem vita perpetua.

q ¶ Querentibus vitam æternam.] Qui per patientiæ opera querit vitam æternam, ista omnia consequitur. Et qui habet hanc spem, in eo sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

r ¶ His autem qui sunt ex contentione.] Audiant qui sæpè victi, animositate contendunt, & timeant in consuetudine pessima permanere, ne ista omnia super eos deperantur. Iam superius dictum est, contentiosum hunc esse specialiter, qui aliquid contra conscientiam suam nititur defendere.

a ¶ Et

DHIERA
Tome VI. 72

a ¶ *Et qui non acquiescunt veritati: credunt autem iniquitati.*] Evangelicæ veritati non credunt, & consentiunt iniquitati, vt relicto creatore deseruiant creaturæ.

b ¶ *Ira & indignatio.*] In iudicio pœnæ sunt.

c ¶ *Tribulatio & angustia.*] Conscientiæ & infructuosæ pœnitentiæ, sicut scriptum est: *Tūc dicent intra se penitentiam agentes: & per angustiam spiritus gementes.* Item hucusque sermo dirigitur ad omnes naturali obnoxios legi: in quo etiam Iudæi pariter continentur. Idcirco autem Iudæus gentili antefertur: quoniam præter naturalem legem & Moyli, legem scriptam habent.

d ¶ *In omnem animam hominis, &c.*] Animæ pœnam Apollolus comminatur propter hereticos, qui solam carnem delinquere dicunt, & animam negant posse peccare: siue anima pro toto homine dicitur, sicut in Genesi. Iacob cum septuaginta animabus Ægyptum introisse refertur.

e ¶ *Gloria autem & honor & pax omni homini operanti.*] Gloria contra iram, honor contra indignationem. Et quod supra incorruptionem, hic pacem appellat.

f ¶ *Iudæo primum & Græco.*] Quod supra animam, hic hominem nominavit. Primum autem pro quidem ponit. Siue primū credulitatis tempore nō honore.

g ¶ *Non est enim personarum acceptio apud Deum.*] Ergo nec gentes sibi de ignorantia fallā: nec Iudæi de legis circumscriptione & privilegio blandiantur.

h ¶ *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.* Et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur.] Sine lege liberta: in lege natura: hoc loco, peribunt & iudicabuntur; vnum voluit intelligi: quia & qui perit, per Dei iudicium perit: & qui iudicatur, peccator perit, sicut scriptum est. Quia peccatores peribunt. Nam & similes illos facit dicendo: Non auditores tantum legis iustos esse, sed factores. Et paulo inferius, dicit gentes in die domini iudicandas. Quis enim dubitavit sub lege positos, quam sine lege degentes, nisi Christum crediderint, perituros?

i ¶ *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.*] Reddit rationem, quare non sint gentibus meliores. Vnde & nobis timendum est, ne audientes legem & non facientes, cum gentibus pereamus, sicut ipse alibi dicit. Ne cum hoc mundo damnemur.

k ¶ *Cum enim gentes que legem non habent.*] Ne quis fortè diceret, legem non habent, ad quam formam poterunt iudicari.

l ¶ *Naturaliter ea que legis sunt faciunt.*] Siue de his dicit, qui naturaliter iusti fuerunt ante legem: siue qui etiam nunc boni aliquid operantur.

m ¶ *Eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.*] Ostendit illos non esse sine lege, vt & gentes inexcusabiles faciat, & Iudæis de proprietate gloriam tollat.

n ¶ *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.*] Natura agit legem in corde per conscientia testimonium: siue conscientia testatur legem habere timendo dum peccat, & victis gratulando peccatis, etiam si nullum hominum vereatur ipse qui peccat.

o ¶ *Et inter se inuicem cogitationum accusantium, &c.*] Dicit altercationes cogitationum esse, cum quid faciendum, vel

non faciendum diutina deliberatione decernimus, & secundum hoc nos in die domini iudicandos: quia bonum malumve non ignorasse probamus. Siue conscientia & cogitationes nostræ erunt in die iudicij ante oculos nostros tãquam quædam historia cognoscendæ: aut ipse nos accusabunt, aut etiam excusabunt, sicut scriptum est: *Arguam te, & statuam eam contra faciem tuam.*

p ¶ *Secundum euangelium meum per Iesum Christum.*] Secundum quod annũcio per Iesum Christum iudicabit Deus.

q ¶ *Si autem Iudæus cognominaris.*] Hic cõuertit se ad Iudæos, docens opere non nomine tantum debere esse Iudæum, eumque esse verum, cuius occulta sunt bona.

r ¶ *Et requiescis in lege.*] Confidis, vel, securus es.

s ¶ *Et gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius.*] Gloriaris te solum nosse Deum, eiusque voluntatem agnoscere.

t ¶ *Et probas vtiliora instructus per legem.*] Eligis maiora, & inter minora discernis. Quæ enim per naturam vtiliora probantur, vtiliora sunt per legem.

v ¶ *Confidis teipsum esse ducem cæcorum.*] Quorum cor obscuratum est.

x ¶ *Lumen eorum qui in tenebris sunt.*] Ignorantia.

y ¶ *Eruditorẽ insipientium.*] Qui Dei non habent sapientiam.

z ¶ *Magistrum infantium.*] Parvulorum ætate, vel sensu.

a ¶ *Habentem formam scientiæ & veritatis in lege.*] Ad quam semper respiciens, errare non potes.

b ¶ *Qui ergo alium doces, teipsum non doces?*] Similiter gentibus dixerat. Qui enim alium indicas, teipsum condemnas. Qui in lege requiescis, ò Iudæe, quare transgredieris legem? Qui gloriaris in Deo, quare inhonoras Deum? Qui nosti voluntatem eius, quare non obtemperas eius voluntati? Qui probas vtiliora, cur inutilia sectaris? Dux cæcorum, quo modo viam nō vides rectam? Si enim videres, per ipsam vtrique ambulares. Si lumen es aliorum, cur non abiecis opera tenebrarum? Eruditor insipientium, vt quid timorem domini, qui est initium sapientiæ, reliquisti? Magister infantium, quomodo puer es in sensu? Qui habes formam scientiæ & veritatis in lege, quare nec ipse sequeris, nec alios se qui pessimo exemplo permittis: Quare non cõuenit vita tua doctrinæ tuæ, & opus tuum destruit fidem tuam? Vnde fiet vt lex à te non custodita, non solum tibi nihil profit, sed etiam maioris criminis reum, suum contemptorem obtineat.

c ¶ *Qui prædicas non furandum, furaris.*] Quidam dicunt abscondendo ab hominibus furatis Christum.

d ¶ *Qui dicis non mœchandam, mœcharis.*] Nō est vna mœchia. Nam omne quod Deo debet anima, si alicui præter quã Deo reddiderit, mœchatur.

e ¶ *Qui abominaris idola, sacrilegium facis.*] Sacrilegiũ est quod propriè in Deum committitur: quali sacrosancti violatio. Itẽ in hoc, inquit, in quo committis sacrilegium, idololatra esse monstraris.

f ¶ *Qui in lege gloriaris, per præuicationem legis Deum inhonoras.*] Exponit sacrilegium, quia dicit:

g ¶ *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.*]

h ¶ *Sicut scriptum est.*] In Esaia preposterato ordine anteposuit testimonium quã dixerat scriptum. Ita enim dicentis sermo dilapsus est, vt quod ex propria intentione dicebat,

Psal. 49. d.

H

sup. d.

Gen. 46. c.

Psal. 36. g.

Esa. 52. b.



A

Leui. 24. a

eodem sensu scriptum reperit. Vel reuera, quorum iniustus actibus nomen Dei fuerat blasphematum, sicut scriptum est. Polluerunt nomen meum inter gentes, dum dicitur populus Dei, inter quas gentes captiui, suis peccatis facientibus morabantur. Item, sicut ait. Per bona opera vestra benedicatur Deus:

a ¶ Circumcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem prauaricator, &c. Quomodo nihil est si prodest? Prodest tempore suo signum: prodest si iustitia, cuius est signaculum, adsit. Ceterum sine illa superfluum erit, siue quia viuere faciebat Iudæum, & infantia exterminari antequam saperet: siue quia in lege facit esse, quia perfecta inuenitur carnis circuncisione cessante, veram illam cordis esse venturam. Et prauaricator legis est, dum non sequitur id quod ibi prædictum est.

b ¶ Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nõne præputium illius in circuncisione reputabitur. Visibilia indiget inuisibilibus: inuisibilia non indigent visibilibus, eo quod visibilia imago sunt inuisibilium, & inuisibilia veritas sunt visibilium: ideo circuncisio carnis, indiget cordis. Circumcisio autem cordis, nõ indiget carnis, quia imagine non indiget veritas: imago autem indiget veritate. Queritur sanè, quare sit data circuncisio, si per se ipsam non prodest. Primum, vt agnosceretur Dei populus inter gentes: denique quando soli erant in eremo, circuncisi non fuerunt: siue vt corpora eorum agnoscerentur in bello. Nam quod in tali membro signantur, hæc causa est. Primum, ne aliud membrum aut debile fieret, aut turpe quod publicè videretur. Iterum propter gratiæ promissionem, in qua erant per castitatem placituri. Siue vt Christus significaretur ex eius semine nasciturus, ad quem futura erat ista carnalis, quæ spiritualem habebat asserere: cuius typum gerens Iesu Naue, popululum secundo circuncidere iubetur.

c ¶ Et iudicabit id quod ex natura est præputium legem consummans, te qui per literam & circuncisionem prauaricator legis es. Siue dum litera circuncisionem seclæris, circuncisionem spiritus accipere dedignaris: siue non sequendo quod lex dicit, hoc est, vt Christo credens, veram circuncisionem acceperis.

d ¶ Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque, qui in manifesto in carne est circuncisio: sed qui in abscondito Iudæus est. Ipse est verus. Omnia enim quæ antea circa exteriorem hominem gerebantur, figuram interioris habebant.

Deut. 30. b. Ibid. 10. d.

e ¶ Et circuncisio cordis. De qua scriptum in lege est. In nouissimis diebus circuncidet Deus cor tuum, & cor seminis tui ad Dominum Deum tuum amandum. Et iterum: Circumcidite vos Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri.

f ¶ In spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Non secundum litteram legis, sed secundum nouum testamentum, quod interiora quarit, quæ solus videt Deus.

CAPVT III.

Quid ergo amplius est Iudæo: aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum quidem per omnem modum. Ex persona Iudæi interrogantis dicitur, respondente Apostolo, multum quidem secundum omnem modum. Ideo autem multum interest, non quia circuncisionem in carne

acceperunt: sed quia credita sunt illis eloquia Dei. Item reddit rationem, quod lex contempta nõ proficit: & quod carnalis circuncisionis prærogativa nullis operibus sulta, sit vana. Interrogat quid amplius habeat Iudæus, ex cuius persona respondetur, Multum per omnem modum. Nam si ipsius sensus est, multum per omnem modum; & omnis homo mendax: quo modo postea contrahent, dicens: Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus Deus? Absit, &c. Postremò, quo modo Iudæos nihil amplius habere confirmat, si hic multum habere commemorat?

h ¶ Primum quidem, &c. Hoc estis dicitur: primum, quod credita sunt illis eloquia Dei, & gentibus nulla. i ¶ Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit? Absit. Fidem promissorum, cum sit dictum Abrahæ: Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. k ¶ Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax. Hic, omnis, pro maxima parte dicit: sicut: Omnes sua quarunt. Et: Omnes me dereliquerunt. Lucas est mecum solus. l ¶ Sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cum iudicaris. In psalmo quinquagesimo. Hoc testimonium ita posuit pars aduersa, quasi diceret. Propterea ego peccavi, vt tu iustus appareas, in iudiciò. Sed verus sensus sic se habet. Quia promiserat se Deus sine personarum acceptione in peccantibus vindicare, & quidam eius patientiam mendacium iudicabant, vincit cum iudicauerit, quando eorum facta puniet, in quibus nemo putauerat vindicari. Aliter. Probasti te curam de hominibus habere, qui per prophetam mea abscondita reuelasti, & vicisti eos qui te incuriosum humanorum actuum esse consingunt. Hucusque obiectio cucurrit: iam incipit Apostolus respondere.

m ¶ Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus? Iniquum est, si in illis vindicet, qui ideo peccauerunt, vt illis iustior appareret. Item, non quod nostra iniquitas addat iustitiam Deo, sed in tempore quando in iudicium cum Deo venimus, non obseruantes præcepta eius, promissionum retributionem fraudamus. Vnde ostenditur Deus verax: quia quæ promisit sanctis, peccatoribus non dat.

n ¶ Qui infert iram. Vt in diluuiò & Sodoma, ita in iudicio. o ¶ Secundum hominem dico, Absit. Secundum, qui talitè sentis. Alioquin quo modo iudicabit Deus hunc mundum? Quia iustitia damnabit iniustitiam, si secundum te humana iniquitate sit iustior.

p ¶ Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius. Hoc est, creuit. q ¶ Quid adhuc & ego? Hoc est, in super iudicor ego quicquæ mentior homo, qui laudari deberem, si meo mendacio Dei veritas comprobatur? r ¶ Tamquam peccator iudicor, & non sicut blasphemamus, & sicut aiunt quidam nos dicere. Vt qui me ita iudicat quasi peccantem, & non sicut quidam nos aiunt dicere: quod quanto maiora mala fecerimus, tanto maiora bona recipiamus. s ¶ Faciamus mala, vt veniam bona. Hoc fortassis ideo putabant:

C

Gen. 12. a.

Philip. 2. a.

2. Tim. 4. b.

D

D. HIERONIMUS
TOM. VI. 7. 2

E
Rom. 11. d.

G

tabant: quia non intellexerunt quod quidam dicebat: *Vbi abundavit peccatum, superabundavit gratia.*
a ¶ *Quorum damnatio iusta est.* Quid iustius, quam ut hanc poenam sentiant, quam nos negare meriti sunt, qui nihil magis quam iustum Dei iudicium predicamus?

b ¶ *Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus, Iudeos & Græcos omnes sub peccato esse.* Nos ex Iudæis nullam unde maiores simus inuenio causam. Hoc enim inuestigauit ratio, sub peccato esse & Iudæos & Græcos: quod non ratione sola colligimus, sed etiam de Iudæis testimonio comprobamus. Itē hoc ostendit, quo modo Iudæi licet legem & prophetas haberent, nihil tamen amplius quam gentes habeant: quia omnes similiter peccauerunt, & egent gloria Dei.

c ¶ *Sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam.* In psalmo tertio decimo. Psalmus iste, vnde hoc testimonium in aduentu Christi præcipue ostendit impletū, tempore scilicet passionis, quo nullus iustus cum pateretur, putio inuentus sit.

d ¶ *Non est intelligens, non est requirens Deum.* Qui non requirit fundamentum, necesse est ut declinet.

e ¶ *Omnes declinauerunt.* Qui non intelligit, non requirit: seu ideo non intelligit, quia non querit. Deus autem tūc requiritur, cum eius voluntas inquitur: quia omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eū, eo quod qui peccat, domini sui non cognoscit voluntatem. Nam & vulgò nescire dicitur, cuius voluntas ignorata est.

f ¶ *Simul inutiles facti sunt.* Inutiles ad opus, ad quod fuerunt procreati.

g ¶ *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Nec Apostolus. Item, si non est qui faciat bonum, quo modo inferius plebem suam arguit, deorantes, & in opum consilium confundētes: Plebs enim Dei non erat, si bonū non faciebat, maxime cum iusta ibidem generatio appelleretur. Hoc magis ad psalmi expositionem pertinet, quam ad Apostoli causam.

h ¶ *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Fæctore doctrinæ suæ, & adulatione contaminans, & interficiens audientes. Ideo enim sepulchrum diligenter clauditur, ne adhuc viuētibz exhalatione sua generet pestem.

i ¶ *Linguis suis dolose agebant.* Aliud ore promittentes, aliud corde volutantes.

k ¶ *Venenum aspidum.* Horum serpentium pessimum dicit esse venenum.

l ¶ *Sub labijs eorum.* Hoc est, in corde.

m ¶ *Quorum os maledictione.* Non est vnus generis maledictio. Quidquid enim malo voto dicitur, sine dubio malè dicitur.

n ¶ *Et amaritudine plenum est.* Amaritudo contraria est dulcedini verborum Dei.

o ¶ *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Sicut simpliciter homicidas dicit, siue interficientes animas adulado: vnde in actibus Apostolorum dicit Paulus: *Mundus sum ab omni sanguine.* Non enim subterfugi, quò minus vobis annunciam e omne consilium Dei.

p ¶ *Contritio & infelicitas in vis eorum, & viam pacis non cognouerunt.* Conteruntur, & infelices fiunt animæ in doctrinis eorum, vel in exemplis conuersationis eorum.

q ¶ *Non est timor Dei ante oculos eorum.* In timore Dei concludit, qui si timorem Dei semper ante oculos habuissent, nõ vtique deliquissent. Neque enim audeo ferus domino præfente peccare.

r ¶ *Scimus autem quoniam quacumq; lex loquitur, his qui in lege sunt, loquitur.* Ne dicerent hæc in psalmo de gentibus dicta, ostendit quæ in lege dicta sunt, his qui in lege sunt, loqui. Queritur sanè, quomodo Iudæi dixerunt Deum non esse, Non vtique verbo dixerunt, sed opere. Nam confitentur

vt veniant bona? *Quorum damnatio iusta est.*
b *Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus, Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam: non est intelligens: non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in vis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quacumq; lex loquitur, his qui in lege sunt, loquitur. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatio-*

quidem se nosse, factis autem negant. Ergo gentes hic nõ appellat, quia de illis talia dixerat in propria causa.

s ¶ *Vt omne os obstruatur.* Non solum gentium, sed etiam Iudæorum: dum non habent unde gloriari possint.

t ¶ *Et subditus fiat omnis mundus Deo.* In confessione peccati.

v ¶ *Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.* Modo non iustificatur. Siue opera legis, circumcisionem dicit, sabbatum, & cæteras cæremonias, quæ non tam ad iustitiam, quam ad carnis lætitiã pertinebant. Item, non contra-ria sibi dicit Apostolus, superius dicens: Qui ostendunt opus legis in cordibus suis; Et nunc dicit: Ex operibus legis non iustificari omnem carnem. Carnem accusat, cuius prouidentia legi Dei subijcere non potest. Lex enim ostendere nouit peccatū, non tamen ostendit qualiter debeat obseruari: iterum punire noxia, non dans veniam penitenti. Christus autem remissionem peccatorum donat credentibus, & docet quomodo

debeant carnis vitia vitari, atque prudentia refecari.
x ¶ *Per legem enim cognitio peccati.* Non remissio est peccati, sed cognitio. Ideo enim per legem quid sit peccatum, agnoscitur: quia aut in obliuione erat lex naturæ: aut ante legem literæ leuiora quæque non cognoscebantur esse peccata, id est, quæ alijs non nocebant, vt concupiscentia, ebrietas, & cetera huiusmodi.
y ¶ *Nunc autē sine lege iustitia Dei manifestata est.* Hoc est quod dicit: quia iustitia quæ in Christo manifestanda erat, in lege naturali non erat cognita. Testimonia autem legis, Moysi & prophetarum, annunciatione prædicantur. Item, sine lege literæ iustitia manifestata, quæ nobis gratis à Deo donata est, non nostro labore quaesita: & apertius per exempla Christi euidentiora patefacta, quæ latebant in lege.
z ¶ *Testificata à lege & prophetis.* Siue iustitia hæc prædicata est à lege & prophetis in nouissimis temporibus esse ventura: siue cognitio peccati à lege & prophetis testimonium accepit.

a ¶ *Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum.* Iustitia qua creditur Christo.

b ¶ *Non enim est distinctio.* Inter Iudæum & Græcum.

c ¶ *Omnes enim peccauerunt, &c.* Quia non habent suam.

d ¶ *Iustificati gratis, &c.* Sine vlla operū actione per baptismū, quod omnibus non merentibus gratis peccata donauit.

e ¶ *Per redemptionem quæ est in Christo Iesu.* Quia nos redemit sanguine suo de morte, cui per peccatum venditi fueramus, secundum Esaiam dicentem: Peccatis vestris vendati estis. Quam mortem Christus vicit: quia non peccauit. Omnes autem rei eramus morti, cui se ille indebitè tradidit, vt nos suo sanguine redimeret. Vnde propheta prædixerat: Gratis venudati estis, & sine pecunia redimemini. Hoc est, quia nihil pro vobis accepistis, & Christi estis sanguine redimendi. Simul illud notandum, quia redimit nos, non emit: quia ante per naturā ipsius fueramus, licet simus nostris ab eo alienati delictis. Tunc sanè fructuosa erit redemptio nostra, si peccare cessemus.

f ¶ *Quem proposuit Deus.* In promptu ante oculos omnium posuit vt qui redimi vult, accedat.

Ad 20. f.

H



A

a ¶ Propitiatorum per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae.] Ut propitiatur eis qui credunt se eius sanguine liberandos.

b ¶ Propter remissionem precedentium delictorum.] Propterea patius est Christus, ut propositum Dei sedaret, quo tandem punire decreuerat peccatores.

c ¶ In sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore.] Vult ostendere Deum quidem ad hoc expectasse, ut tandem se corrigerent delinquentes. Illos vero male vsos patientia Dei, in maiora prolapsos esse peccata. Vnde Iobille iustissimus suo tempore ait de peccatore: Dedit ei Deus locum poenitentiae, & ille abutitur eo in superbia.

d ¶ Vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi.] Qui solus iustus inuentus est, & quem ipse iustificauerit non ex operibus, sed ex fide.

e ¶ Vbi est ergo gloriatio tua: Exclusa est.] Ad Iudaeum loquitur: ne gloriaris te operibus meruisse iustitiam. Item, interrogatio Iudaei est. Et respondetur ab Apostolo: Exclusa est. Item, Iudaeus interrogat.

f ¶ Per quam legem? Factorum? Id est, per naturalem: Opera legis refelluntur ab Apostolo.

g ¶ Non. Sed per legem fidei.] Per quam legem? Factorum? Non, subauditur, est, sed per legem fidei. Legem dicit statum fidei terminum, hoc est, nouum testamentum.

h ¶ Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.] Certi sumus, vel iudicamus. Abutuntur quidam hoc loco ad destructionem operum iustitiae, solum fidem posse sufficere affirmantes: cum tamen alibi dicat Apostolus: Si habuerio omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. In qua charitate, alio loco, legis asserit plenitudinem contineri, dicens. Plenitudo legis est charitas. Quod si haec eorum sensui videntur esse contraria, sine quibus operibus legis Apostolus iustificari hominem per fidem dixisse credendus est, scilicet circumcisionis, vel sabbathi, & caeterorum huiusmodi, non absque iustitiae operibus, de quibus beatus Iacobus dicit, Fides sine operibus mortua est: hic autem de illo dicit, qui ad Christum veniens sola, cum primum credit, fide Saluat. Addendo autem, operibus legis, ostendit esse etiam gratiae opera.

1. Cor. 13.

Iac. 2. d.

i ¶ An Iudaeorum Deus tantum? Nonne & gentium?] Nunquid Iudaeos solos Deus creauit: aut de illis solis cura gerit? Nam & gentes peccauerunt, & vos: & si vos conuertimini, & illi. Si vobis venit Christus ex lege promissus, & illis. Nam & frequenter propheta: etiam de Iudaeorum vocatione dixerunt.

k ¶ Imo & gentium.] Pulchre modum seruauit in verbis. Imo dixit, ut ostenderet magis gentes quamuis non erant circumcisi: & Abraham ante circumcisionem iustus. Et reddit rationem, ne Iudaeos excludere videretur.

l ¶ Quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat.] Vtriusque vni Deo, & vni Christo credidistis.

m ¶ Circumcisionem ex fide, praeputium per fidem.] Ipsum est ex fide & per fidem: sed vsus scripturarum hic est, ut in iisdem causis mallent mutare quam repetere sermonem: sicut in Daniele scriptum est. Propter Abraham seruum tuum, & Isaac dilectum tuum, & Israel sanctum tuum.

n ¶ Legem ergo, &c.] Non contraria sibi Apostolus dicit, superius asserens exclusam esse vmbraem & typum legis praesenti veritate: nunc autem infert approbare se legem, in quo ipse testimonium perhibet. Abraham non ex operibus legis, sed ex fide iustificatus est. Item, legem ergo qua circumcidi praecipit, superfluum iudicamus? Absit. Imò stare faciamus, dum probamus verum esse quod dixit legem legi, testamentum testamentum, circumcisionem circumcisioni successuram.

C

CAPVT IIII.

Quid ergo dicemus inuenisse Abraham.] Reuocauit illos ad caput circumcisionis, ut quod initio confiterit, adhibeatur in toto.

p ¶ Patrem nostrum.] Patrem secundum carnis circumcisionem: nam fides in mente consistit.

q ¶ Secundum carnem.] Dicens secundum carnem, ostendit traducem carnis esse non animam.

r ¶ Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est.] Si ex eo quod se circumcidit iustificatus est, nihil illi Deus donauit, sed ex se habuit gloriam. Aliter. Si iusta perfecti, apud semetipsum habet gloriam, non apud Deum.

s ¶ Habet gloriam, sed non apud Deum.] Dicens, habet gloriam, sed non apud Deum; ostendit eum ex operibus suis gloria habere, & non ex Deo.

t ¶ Quid enim scriptura dicit? Creditur Abraham Deo.] Tam magna fuit fides Abraham, vt & sola praeter omni iustitia doceretur accepta: & tanto deinceps amore flagrauit, vt super omnia se opera praepararet.

D

u ¶ Et reputatum est ei ad iustitiam.] Et ideo habet gloriam apud Deum, secundum quod lex probauit.

x ¶ Et autem qui operatur, merces non reputatur ad gratiam, sed secundum debitum.] Debitoris enim est facere quae iubentur: & nisi paruierit, damnatur: si autem fecerit, non habet gloriam: quia inutilis adhuc seruus dicitur, qui nihil amplius quam praecipit operatur. Aliter. Non illi gratis donatur iustitia, sed merces redditur operum pristinorum.

y ¶ Et verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.] Conuertentem impium, per solam fidem iustificat Deus, non opera bona quae non habuit: alioquin per impietatis opera fuerat puniendus. Simul attende, quia non peccatorem dicit iustificari per fidem, sed impium, hoc est, nuper credentem asseruit.

z ¶ Secundum propositum gratiae Dei.] Qui proposuit gratis per solam fidem peccata dimittere.

a ¶ Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis.] Magna beatitudo est sine labore legis & poenitentiae, domini gratiam promereri: sicut si quis aliquam dignitatem gratis accipiat.

b ¶ Cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus.] Ad hoc fides prima ad iustitiam reputatur, vt de praeterito absoluatur, & de praesenti iustificetur, & ad futura fidei opera praeparatur.

c ¶ Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum reuera sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.] Quod poenitetur, non tenetur: & quod tegitur, non apparet: & idcirco minime imputatur. Quidam dicunt remitti per baptismum,

simum,

DHIERO
Tom VI 72

finum, regi laboribus penitentia, non imputari per martyrium. Alij autem dicunt, remissis per baptismum peccatis augeri charitatem in Deo, quæ operit multitudinem peccatorum: & deinceps non sinit imputari, dum bonis quotidie operibus mala præterita superantur.

a ¶ *Beatitudo ergo hæc in circumcissione tantum manet, an etiam in præputio?* Vult istam beatitudinem tribus temporibus assignare, naturæ, & circumcissionis, & Christianitatis.

b ¶ *Dicimus enim, quia reputata est Abrahamæ fides ad iustitiam.* Omnes enim confitemur & consentimus, vt quod ratio de Abraham inuenit, hoc de cæteris obseruemus.

c ¶ *Quo modo ergo reputata est ei in circumcissione, an in præputio?* Videamus vtrum circumcissio ex iustitia, an iustitia ex circumcissione sit nata?

d ¶ *Non in circumcissione, sed in præputio.* Quia ante iustus, quam circumcissus.

e ¶ *Et signum accepit circumcissionis.* Ne dicent, ergo superflue circumcissus est, signum aut esse iustitiæ, non augmentum.

f ¶ *Signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio.* Signaculum accepit illius iustitiæ, quam præputiati fides meruit. Perfecta enim fuit, vt signaculum mereretur. Semper enim res plena signatur. Siue vt ostenderet quam iustus & fidelis esset, qui dolorem sibi ex mandato Dei non dubitauit inferre. Nō putetis superfluum, quod ab essentiarum domino iubetur: sicut nec parricidium creditur impium, quod fons præceperat pietatis.

g ¶ *Vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circumcissionis, non his tantum qui sunt ex circumcissione, sed & his qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahamæ.* Vt omnes qui ex gentibus credunt, filij sint Abrahamæ, dum & illis sola fides ad iustitiam reputatur, erunt & ipsi circumcissi, sed corde. Siue quia in præputio iustus fuit, vt esset incircumcissorum pater: & circumcissus iustus permanfit, vt circumcissorum iustorum fuerit pater.

h ¶ *Non enim per legem promissio Abrahamæ, aut semini eius.* Hic enim legem ipsam circumcissionem appellat, eo quod possit omne præceptum lex intelligi.

i ¶ *Vt heres esset mundi, sed per iustitiam fidei.* Siue vt in semine eius, quod est Christus, benedicerentur omnes gentes, quæ illi in hereditatem à patre sunt datæ. Siue vt eum eo recumbant gentes in regno cælorum.

k ¶ *Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanitæ est fides, abolita est promissio.* Si illi soli, vt vos vultis, circumcissæ hæredes sunt, non impleuit Deus promissum Abrahamæ, vt pater esset multarum gentium: & si ita est, iam videbitur Deo sine causa credidisse.

l ¶ *Lex enim iram operatur.* Quia iniustus est posita: & magis grauaui peccare volentes, quam absoluit per scientiam cumulando delicta. Si enim cæci essetis, peccatum non haberetis.

m ¶ *Vbi enim non est lex, nec præuaricatio: ideo ex fide, vt secundum*

gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahamæ, qui est pater omnium nostrum, &c.] Cum ergo fides exinaniti non potest, nec promissio aboleri, non est ex lege hereditas, sed ex fide. Lex enim non donat peccata, sed damnat: & ideo non potest omnes gentes filios facere Abrahamæ: quia secundum quod omnes sub peccato inueniuntur, omnes erant vtique puniendi. Fides autem dimissis per gratiam peccatis, omnes credentes filios efficit Abrahamæ, siue quia non est quod præuaricetur, vbi lex non est: siue non est quod vindicetur, vbi lex necessaria non est.

¶ *Beatitudo ergo hæc in circumcissione tantum manet, an etiam in præputio?*

b ¶ *Dicimus enim, quia reputata est Abrahamæ fides ad iustitiam.* Quo modo ergo reputata est ei, in circumcissione, an in præputio?

c ¶ *Et signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio,* vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur illis ad iustitiam: & sit pater circumcissionis non his tantum qui sunt ex circumcissione, sed & his qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahamæ.

d ¶ *Non enim per legem promissio Abrahamæ, aut semini eius,* vt heres esset mundi, sed per iustitiam fidei.

e ¶ *Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.* Lex enim iram operatur.

f ¶ *Vbi enim non est lex, neque præuaricatio.* Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahamæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti:

g ¶ *qui viuificat mortuos,* & vocat ea quæ non sunt, tãquam ea quæ sunt. ¶ *Qui contra spem in spe credidit,* vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei. Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & tãquam arena maris.

h ¶ *Et non infirmatus est in fide:* nec considerauit corpus suum emortuum, cum ferè centum esset annorum, & emortuum vultu Saræ.

i ¶ *In repromissione etiã Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide,* dans gloriã Deo, plenissimè sciens: quia quæcumque promissit Deus, potens est & facere.

j ¶ *Ideo & reputatū est illi ad iustitiam.* Non est autem scriptum tantum propter ipsum, vt reputatū est illi ad iustitiã: sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis: b qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAPVT

¶ *Nihil naturæ considerat fides: quia omnipotentem no- uit esse, qui dixit.*

v ¶ *In repromissione etiã Dei non hæsitauit diffidentia, &c.]* Nec de se, nec de senectutis impossibilitate, nec de promissionis magnitudine dubitauit.

x ¶ *Dans gloriã Deo, plenissimè sciens, &c.]* Tanquam de præcepto gratias agens.

y ¶ *Ideo & reputatū est illi ad iustitiam.]* Quia tam perfecte & firmiter credidit.

z ¶ *Non est autem scriptum tantum propter ipsum: quia reputatum, &c.]* Non vt eius solum fidem sciremus, qua domino placuit qui ideo etiam tentatus est, vt & ipse se nosset, & nos sequeremur.

a ¶ *Credentibus in eum qui suscitauit Iesum dominum nostrum à mortuis.]* Si tam perfecte crediderimus Christum à mortuis resurrexisse, quomodo ille credidit corpus suum posse ad generandum viuificari iam mortuum.

b ¶ *Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.]* Qui morte sua, nostra peccata aboleuit: & in ea qualitate qua mortuus est, necessario resurgens apparuit, vt iustitiam credentium confirmaret.

CAPVT V.

Iustificati igitur ex fide.] Pertractata causa, quare nemo eorum ex operibus iustificatus sit, sed omnes ex fide: quod exemplo Abraham probat, cuius se filios esse soli Iudaei putabant: ostendit ratione, quod non genus, nec circumcisio, sed

fides faciat filios Abraham, qui ex sola prima fide iustificatus est. Quia ratione conclusa, pacem eos habere hortatur: quia nemo suo merito, sed oēs equaliter Dei gratia sunt saluati.

b ¶ Pacem habeamus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum.] Vel subiecti sumus vtrique Deo: siue pacem Dei, non tantum saeculi, habeamus.

c ¶ Per quem & accessum habemus per fidem in gratia ista.] Per quem accessimus prope, qui eramus longe.

d ¶ In qua stamus.] Qui ante iacebamus.

e ¶ Et gloriamur in spe gloria filiorum Dei.] Gloriamur nos sperare filiorum Dei gloriam possessuros. Tantumque est quod speramus, quantum ex se nullus auderet, ne non spes, sed blasphemia putaretur: eo quod multis pro sua magnitudine incredibile videatur.

f ¶ Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.] Non solum in gloria spe, sed etiam in saluberrimis tribulationibus gloriamur, magnitudinem praemij cognoscentes, sicut Iacobus ait, Omne gaudium existimate fratres, & reliqua. Vnde & gaudere debemus aliquid pati pro nomine Dei, ut acquiramus de tribulatione finienda praemium infinitum. Consideratione enim praemij, nullum possumus condignum aestimare laborem.

B Nam & scimus homines propter aurum vltro se ad bestias deputare, quod tamen in aeternum non poterunt possidere: quanto magis nos exemplo apostolorum in tribulationibus gaudere debemus: Quae quidem cum sint temporales, aeternam salutem acquirunt, & a doloribus liberant sempiternis. Cum multi propter spem paruae salutis, & curam corporis, maximos sustinuerunt cruciatus, nec tamen perfectam possunt consequi sanitatem: quae etiam si prouenerit, paulo post morte intercedente soluetur. Habemus ergo vnde honeste & sine periculo gloriemur. Magna enim gloria est de imis ad summa crescere, de nihilo ad maxima peruenire, de limo ad caelum, & de seruitute vocamur ad regnum: si tamen omni saeculi gloria & iucunditate contempta, in illo solo quod nobis promittitur, gloriemur. Quod & si feceritis, tale est, quale si quis nummo plumbeo contempto, gemmam regiam consequatur, quamquam nec sic sit digna comparatio: quia quamuis hic pretium distet, tamen manet vtriusque corruptio: ibi vero in corruptibilibus corrupta, & aeternis caduca mutantur.

g ¶ Probatio vero spem, &c.] Spes futurorum omnem confusionem expellit. Vnde probatur non habere spem, qui praecipis confunditur Christi.

h ¶ Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.] Magnitudo beneficiorum excitat in se magnitudinem charitatis, quae perfecta confidit, & timere non nouit. Item, manifeste hoc ostendit: quia quacunque hominibus à Deo patre donantur, per spiritum sanctum tribuuntur.

i ¶ Per spiritum sanctum, qui datus est nobis.] Quomodo nos Deus diligit, ex hoc cognoscimus: quia non solum nobis per filij sui mortem peccata dimisit, sed & spiritum sanctum nobis dedit, qui iam ostendat gloriam futurorum.

k ¶ Vt quidem Christus cum adhuc infirmi essemus.] Vt quid indebitè pro nobis mortuus est, nisi ut manifestaret suam charitatem, cum adhuc peccatorum & scelerum languoribus premeremur?

l ¶ Secundum tempus.] Secundum tempus infirmi, quo iam defecerat pene iustitia. Siue quia vltimo tempore passus est Christus: siue ad vltimū tempus ut praedicabatur est mortuus.

m ¶ Pro impijs mortuus est.] Vult ostendere, quia pro impijs mortuus est, ut ex beneficiorum contemplatione eius gratia commendaret: & in mercato delicti, quantum cum debeamus diligere, demonstraret: & tanto beneficio & sancto an aliquid praeposendum sit, videremus, cum ille nobis impijs nec vitam suam praeposuerit, ne necessariam nobis denegaret mortem.

n ¶ Vix enim pro iusto quis moritur.] Ideo pro iusto difficile moritur, quia iustus non habet mori. Pro morituro enim forte moritur alter.

o ¶ Nam pro bono forsitan quis habeat mori.] Bonus ipse est, qui & iustus. Dicit enim alibi: Mandatum sanctum, & iustum & bonum. Forsitan autem, hoc est, tam facile audeat, ne illi iniuria fiat.

p ¶ Commendat autem charitatem suam Deus in nobis.] Amabilem facit, cum insinuat quantum nos diligit. Quando enim

D indebitè aliquid praestatur, tunc maxime charitas commendatur. Quid enim tam indebitè, quam ut sine peccato dominus pro seuis impijs moreretur: & vniuersitatis conditor dignaretur apparere in homine, & contemni pro reparatione propriae creaturae?

q ¶ Quoniam si cum adhuc peccatores essemus.] Notandum quod plerumque Apostolus credentes iam in Christo fuisse peccatores dicens, iam non esse significat: ut qualiter se exhibere debeant, recognoscant.

r ¶ Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc.] Si peccatores tantum dilexit, quanto magis custodiet iustos?

s ¶ In sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.] Non animalium, sicut in lege. Cauemus ergo, ne peccando cum pollutum dicamus, sicut dicit ipse Apostolus ad Hebraeos.

t ¶ Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.] Peccatores inimici sunt contemnendo, sicut dicit Apostolus. Scitis quia amicitia huius mundi inimica est Deo. Quicumque enim voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituitur. Inimici ergo actibus, non natura. Reconciliati autem, quia conciliati naturaliter fuimus.

v ¶ Multo magis reconciliati, &c.] Si per mortem Christi saluati sumus: quanto magis in eius glorificabimur vita, si eam fuerimus imitati?

x ¶ Non solum autem, sed & gloriamur in Deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.] Non solum nobis vita dabitur sempiterna, sed etiam quaedam similitudo per Christum promittitur diuinae gloriae, sicut dicit Apostolus Ioannes: Nondum ap- paruit quid erimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.

y ¶ Propterea sicut per vnum hominem.] Si per vnum hominem Euam, peccatum intravit in mundum: insaniunt qui dicunt, antequam deceperit diabolus Euam, peccatum fuisse in mundo. Item, hic ostendere vult propterea Christum passum,

passum, vt qui sequentes Adam discesseramus à Deo, per Christum reconciliamur Deo.

a ¶ In hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors.] Exemplo, vel forma. Quomodo cum non esset peccatum, per Adam aduenit: ita etiam cum penè apud nullum iustitia remansisset, per Christum est reuocata. Et quomodo per illius peccatum mors intravit: ita & per huius iustitiam vita est reparata: futura, non præsens.

b ¶ Et ita in omnes homines mors pertransiit.] Dum ita peccat, & similiter moriuntur. Non enim in Abraham, & Isaac, & Iacob pertransiit, de quibus dicit dominus. Omnes enim illi uiuunt. Hic autem ideo dicit omnes mortuos: quia in multitudine peccatorum non excipientur pauci iusti, sicut ibi: Non est qui faciat bonum: non est usque ad unum. Et omnis homo mendax. Siue in eos omnes pertransiit, qui humano, non cœlesti ritu uiuebant. Item, nunc Apostolus mortem animæ significat: quia Adam præuaricans mortuus est, sicut & propheta dicit: Anima que peccat, ipsa morietur. Transiit enim & in omnes homines, qui naturalem legem præuaricati sunt.

c ¶ In quo omnes peccauerunt.] Hoc est, in eo quod omnes peccauerunt, exemplo Adæ peccat. d ¶ Usque ad legem enim peccatum erat in mundo.] Lex peccati uindex aduenit: ante cuius aduentum liberius vel præsens vitæ longitudo fruebatur. Erat quidem ante legem peccatum, sed non ita putabatur esse peccatum: quia iam penè obliteratum fuerat in natura. Item dicens, Usque ad legem, Moyli significat. Inferens autem, peccatum non imputatur cum lex non est, naturalem iterum ostendit legem, per quam præuaricatus est Cain, & post ipsum qui naturalem legem præuaricati sunt.

e ¶ Peccatum autem non imputatur, cum lex non esset.] Quomodo mors regnabat, si non imputabatur peccatum? nisi subaudiatur, in præsentem non imputabatur.

f ¶ Sed regnauit mors ab Adam, usque ad Moysen.] Siue dum non esset qui inter iustum & iniustum ante distingueret, putabat se omnibus dominari. Siue non solum in eos qui præceptum sicut Adam transgressi sunt, hoc est, de filiis Noe, quibus iustum est, ne animam in sanguine manducaent: & de filiis Abraham, quibus circumcisio mandata est: sed etiam in eos qui sine præcepto legem contempserunt naturæ.

g ¶ Etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ.] Hi sunt qui non in similitudinem præuaricationis Adæ peccauerunt, qui per naturalem legem transgressi sunt: & non sicut Adam per mandatum.

h ¶ Qui est forma futuri.] Siue ideo forma fuit Christi: quia sicut Adam sine coitu à Deo factus est: ita ille ex uirgine spiritu sancto operante processit. Quidam dicunt forma e contrariò, hoc est: sicut ille peccati caput, ita & iste iustitiæ. Item forma Christi Adam factus est. Sicut enim Adam primus mandatum Dei præuaricans exemplum est, legem Dei præuaricare uolentibus: sic & Christus uoluntatem patris complens, exemplum est imitari eum cupientibus.

i ¶ Nam non sicut delictum, ita & donum.] Ne in forma æqualitas putaretur.

k ¶ Si enim vnus delicto, multi mortui sunt: multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit.] Hic manifestè docet: quia non generaliter de omni homine dicit, dicens: Vnius delicto, multi mor-

tui sunt: quia communi & naturali morte, non solum peccantes, sed & iusti moriuntur.

l ¶ Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum.] Sed amplius.

m ¶ Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem.] Ex vno iusto peccante, processit iudicium mortis.

n ¶ Gratia autem ex multis delictis in iustificationem.] Quia non inuenit Adam multam iustitiæ, quam suo exemplo destrueret: Christus autem gratia sua, multorum peccata dissoluit. Et Adam solum formam fecit delicti: Christus uero & gratis peccata remisit, & iustitiæ dedit exemplum.

o ¶ Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita, regnabunt per vnum Iesum Christum.] Quare multa peccata dimisit, abundantia donationis spiritus sancti: quia multa sunt dona. Ipsa enim iustitia donatur per baptismum, non ex merito possidetur.

p ¶ Igitur sicut per vnus delictum, in omnes homines in condemnationem: sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem uita.] Mors regnauit, subauditur: ita & per iustificationem gratia regnauit. Itemque superior dicit. Nunquid iniquus Deus qui infert iram? Et adiecit, Abstulit: quomodo potest vnus delicto Adæ, omnes homines condemnare, cum nec vnus Christi iustitia, omnes homines iustificati sunt? Omnes autem dicens, non generaliter dicit: sed vnus cuiusque partis significat multitudinem. Alioquin inueniuntur omnes homines iustificati in Christo, sicut & in Adam condemnati: & non erit ultra qui puniatur.

q ¶ Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnus obedientiam, iusti constituentur multi.] Sicut exemplo inobedientiæ Adæ, peccauerunt multi: ita & Christi obedientia iustificauerunt multi. Grande enim crimen inobedientiæ est, quod tantos occidit.

r ¶ Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum.] Quia naturalem legem habentes Hebræi & scribæ acceperunt: propterea dicit, subintrauit. Ipsi enim ad maiorem mercedem accipientes legem, per suam negligentiam non custodientes, in maius ceciderunt delictum: ne dicerent, sed nobis lex peccatum dimisit: non, inquit, uenit dimittere, sed demonstrare delicta. Et dum scienter peccatur, cœpit abundare delictum: quasi si diceret, Vt video, lex peccatum non abstulit, sed adiecit: non tamen suo uitio, sed illorum: subintrauit, hoc est, subito intrauit: & ita contigit vt abundaret delictum.

s ¶ Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia.] Sicut ait saluator. Cuius dimittitur, amplius diligit. Manifestata est enim quantitas peccati, vt sciretur gratiæ magnitudo: & redderemus competens debitum charitatis.

t ¶ Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnat per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum dominum nostrum.] Sicut abundanter confirmatum est regnum peccati per contemptum legis: ita & regnum gratiæ confirmetur per multorum remissionem peccatorum, & indefinitem deinceps iustitiæ actionem.

CAPVT VI.

A

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato. Ne non intelligentes dicent: Si gratia crescit in magnitudine delictorum peccare debemus, vt possit magis ac magis gratia abundare. Absit. Ego de illis dico, quos ita fides inuenit, non de nobis, qui iam mortui sumus peccato, vt gratia viuere-

b ¶ *Quomodo adhuc viuemus in illo.* Vult tam firmum esse baptismatum tamquam perfectum.

c ¶ *An ignoratis.* Aut nunquid ne scitis ipsum sacramentum baptismatis?

d ¶ *Quia quicumq; baptizati estis in Christo Iesu.* Tribus modis baptismum accipitur in scripturis, Aquae, & spiritus sancti, qui & ignis appellatus est: & sanguinis in martyrio, de quo Saluator dicebat, Baptismo habeo baptizari.

e ¶ *In morte ipsius baptizati sumus.* Vt illi commemoriamur in baptismo.

f ¶ *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus.* Ostendit nos propterea ita baptizari, vt per mysterium consepeliatur Christo, criminibus mortis, & renunciantes pristinae vitae, vt quomodo pater glorificatur in filij resurrectione: ita & per nostrae conuersationis nouitatem ab omnibus honoretur: vt ne signa quidem veteris hominis agnoscantur in nobis. Nec enim aliquid velle aut cupere debemus, quod volunt aut cupiunt qui nondum sunt baptizati: & quicumque adhuc veteris vitae erroribus implicantur.

g ¶ *Si enim complantati facti sumus similitudini.* Si consepulti sumus nunc, & tunc resurrectionis eius poterimus esse participes: & si fuerimus noui & immutati in conuersatione, similitudo noui & immutati erimus in gloria.

h ¶ *Hoc scientes, quia vetus homo noster.* Qui veterem hominem terrenum Adam imitando peccabant.

i ¶ *Simul crucifixus est.* Per baptismum te crucifixum intellige, qui membrum de corpore eius effectus es. Et ille quidem innoxium corpus appendit, vt tu noxium suspendas à vitij: in quo mysterio Moyses serpentem aeneum in deserto suspendit.

k ¶ *Vt destruat corpus peccati, &c.* Hoc est, vt omnia vitia destruantur: quia vnum vitium, membrum est peccati: omnia, corpus totum. Christus non ex parte, sed integer est crucifixus. Siue vt corpus nostrum destruat à seruitute peccati: & fiat iustitiae mancipium, quod solebat esse delicti. Omnis enim quis facit peccatum, seruus est peccati.

l ¶ *Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.* Hoc est alienatus est à peccato. Mortuus enim omnino non peccat. Ita & qui natus est de Deo, non peccat. Crucifixus enim omnibus membris dolore occupatis, peccare vix poterit.

m ¶ *Si autem, &c.* Si commortui non sumus, nec conuiuemus: quia eius non sumus membra.

n ¶ *Scientes quòd Christus, &c.* Ita & nos si hac voluntate mortui fuerimus, secundam non timebimus mortem. Siue iam non potestis iterum baptizari: quia Christus non potest

CAPVT VI.

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres: quia quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes: quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo.

Scientes quòd Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd autem viuuit, viuuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiae Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo; Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obedi-tionis ad iustitiam. Gratias autem Deo quòd fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis.

Libe-

gogus puero: Noli facere vitium sermonis. Non enim adhuc audis grammaticum, sed oratorem: siue non debet dominari. Item, non quia impossibile sit peccare his qui gratiam acceperunt: ideo dicit, peccatum in vobis non dominabitur.

¶ *Non enim sub lege estis.* Sed bene sciens, quia hi qui sub gratia sunt, alieni sunt à multis & à diuersis praecipis legis, & ab oneribus eius, quae data est propter duritiam cordis Iudaeorum, vt est illud, Leprosam domum destruere, & longe à ciuitate in locum immundum projicere. Qui enim participes sunt Christi gratiae, didicerunt quemadmodum oportet vincere passiones, & Deum diligere ac proximum suum, sicut scriptum est: Non enim estis sub lege, sed sub gratia: gratiam vincendi & doctrinae praebuit exemplum.

¶ *Quid ergo? Peccabimus: quoniam non sumus, &c.* Ne dicent: Ergo cessante vindicta legis, impunè peccamus.

¶ *Sed sub gratia. Absit.* Si peccatis, sub gratia non estis.

¶ *An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obedi-tionis ad iustitiam.* Si volueritis peccati seruire, incipientis sententiae legis subiicere, quae vindicat in peccantes: si autem iustitiae obedieritis, non estis sub lege, sed sub gratia.

¶ *Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati.* Fuistis, inquit, sed non estis.

¶ *Obedistis autem ex corde in ea forma doctrinae, in quam traditi estis.* Ex corde dicit, hoc est, fideliter.

pro vobis iterum crucifigi: sicut dicit ad Hebraeos. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, &c. Quibus non penitentiam negat: sed iterationem baptismi distinetur.

¶ *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel.* Quia ipse peccata nostra portauit, & pro nobis doluit, ne de cetero peccate-mus.

¶ *Quod autem viuuit, viuuit Deo.* Viuit in gloria deitatis.

¶ *Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu.* Quali membra eius semel vos scitote commortuos debere iam semper viuere Deo in Christo, in quo vita nostra abscondita est apud Deum, quem induit, eius sequamur exemplum.

¶ *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.* In corpore mortali viuite vt immortales. Et quo modo regnet peccatum in corpore exposuit, per obedientiam scilicet & consensum.

¶ *Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Vnumquodque membrum, si officium suum in malos vsus vertit, arma iniquitatis efficitur ad iustitiam expugnandam. Simul notandum, quòd homo membra sua cui vult parti exhibeat per arbitrij libertatem.

¶ *Sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes.* Tanquam, qui iam resurrexistis: quia tunc nec carnaliter viuunt, nec peccato.

¶ *Et membra vestra arma iustitiae Deo.* Vt oculus qui ante videbat ad concupiscendum, nunc videat nudum ad vestiendum. Sic de reliquis membris aduerte.

¶ *Peccatum enim in vobis non dominabitur.* Non vos vincet peccatum. Non enim estis paruuli, sed perfecti: quali paedagogus.

¶ *Non enim sub lege estis.* Sed bene sciens, quia hi qui sub gratia sunt, alieni sunt à multis & à diuersis praecipis legis, & ab oneribus eius, quae data est propter duritiam cordis Iudaeorum, vt est illud, Leprosam domum destruere, & longe à ciuitate in locum immundum projicere. Qui enim participes sunt Christi gratiae, didicerunt quemadmodum oportet vincere passiones, & Deum diligere ac proximum suum, sicut scriptum est: Non enim estis sub lege, sed sub gratia: gratiam vincendi & doctrinae praebuit exemplum.

¶ *Quid ergo? Peccabimus: quoniam non sumus, &c.* Ne dicent: Ergo cessante vindicta legis, impunè peccamus.

¶ *Sed sub gratia. Absit.* Si peccatis, sub gratia non estis.

¶ *An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obedi-tionis ad iustitiam.* Si volueritis peccati seruire, incipientis sententiae legis subiicere, quae vindicat in peccantes: si autem iustitiae obedieritis, non estis sub lege, sed sub gratia.

¶ *Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati.* Fuistis, inquit, sed non estis.

¶ *Obedistis autem ex corde in ea forma doctrinae, in quam traditi estis.* Ex corde dicit, hoc est, fideliter.

Luc. 12. f.

B

Ioan. 8. d.

C Tit. 6. d.

D

Leuit. 14.

Deum. 6. a.

DHIERO
TOM. VI. 7. 2

a ¶ Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. In doctrina & exemplo Christi, qui non solum peccata, sed etiam occasionem auferre docuit delictorum.

b ¶ Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Humanum dico: quia nondum ad plenum potestis audire diuini. Cum enim multo magis debetis seruire iustitiæ, quam peccato, cui ante seruistis: ego tamen concedo infirmitati vestrae, vt tantum iustitiæ seruatis. Siue ita: humana iam ratione digna loquor, quod omnes mecum sentire possent, & nullus abnuere.

c ¶ Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire, &c. Quia quicquid anima carnaliter gerit, carnaliter deputatur: si autem caro spirituale opus faciat, totus homo efficitur spiritualis, vt est illud: Corpus quod corrumpitur, aggregat animam. Nos exhibuimus membra nostra seruire peccato: non sicut Manichæi dicunt, naturam corporis insertum habere peccatum.

d ¶ Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Hoc est, in nullo ei penitus seruientes: ita & nunc liberi estote ab omni peccato.

e ¶ Quem ergo fructum habuistis, &c. Nullus sine dubio fructus est in ea re, quæ per penitentiam erubescitur. Omnis enim qui cognoscit bonitatem, in pristinis actibus erubescit: quicunque autem erubescit iustitiam, fructum eius ignorat. Ergo qui peccant, nec in præsentem aliquem fructum habent, & mortem perpetuam in futuro percipient. Qui verò seruiunt domino, & in præsentem fructum habent donum spiritus sancti, & in futuro vitam æternam. Aliter: Qualem fructum in actione illius rei habuistis, in cuius etiam recordatione verecundia est?

f ¶ Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Hoc ipsum ideo fructus est, quod uiuetis sanctificati per baptismum.

g ¶ Stipendia peccati mors. Qui peccato militat, remunerationem accipit mortem. Item, præmium quod offert ad deceptionem nostram, hoc mors est.

h ¶ Gratia autem Dei vita æterna. Non dixit similiter, stipendia iustitiæ: quia non est antequam remaneret in nobis. Non enim nostro labore quaesita est, sed Dei munere condonata.

i ¶ In Christo Iesu domino nostro. Est siue gratia siue vita.

CAPVT VII.

A Ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor. Hic incipit difficultatem legis ostendere, vt illos hortetur ad gratiam sine eius timore transire.

l ¶ Quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Homo, siue lex homini.

m ¶ Nam quæ sub viro est mulier, uiuente viro alligata est legi, &c. Comparatione legis, mandatum virum appellat, vt ostendat legem sine effectu vindictæ quasi mortuam, nobis iam mortificatis impedire non posse, quod minus ex integro ad Christum, qui resurrexit à mortuis, transcamus: qui meritò nobis uiueret, si inuenisset quod punire posset in nobis.

n ¶ Igitur uiuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, &c. Quam diu uiuit vir, tam diu illi secundum eius solius necessè est uiuere voluntatem: cum autem illo mortuo,

alio viro mulier fuerit copulata, iam non illi secundum prioris viri consuetudinem est uiuendum.

o ¶ Itaq; fratres mei, &c. Noluit iuxta comparationem, legem illis dicere mortuam: sed quod verbis eis dicere non audebat, intellectui dereliquit.

p ¶ Per corpus Christi, vt sitis alterius viri, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Commemorando Christo, qui damnauit peccatum in carne.

q ¶ Cum enim essemus in carne, passionibus peccatorum quæ per legem erant, operabatur in membris nostris. Cum essemus in carnali conuersatione, passio concupiscentiæ operabatur in oculis, & in cæteris membris cæteræ passionis: quæ tamen per legem ostendebantur esse peccata. Item in carne est, qui voluntate carnis ducitur, & legi Dei obediæ prohibetur: quia non potest duobus dominis seruire. Nunc autem gratia spiritus sancti, docti passionibus vincere, in carne non sumus: quia mortui sumus legi, quæ doctrinam gratiæ non continet.

r ¶ Vt fructificaret morti. Vt nos legis seueritas interficeret.

s ¶ Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur. Morientes peccato, in quo detinebamur à lege.

t ¶ Ita vt seruiamus in nouitate spiritualis gratiæ præceptis, & non literæ legis. Item seruitus noua est, non diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo, & carnis curam non facere in concupiscentiis. Lex enim bona terra promittens nutrire nouit amatorum carnis desideria. Iustè hic discipuli Iesu legi mortui sunt, quoniam mundo ab-

renunciauerunt.

v ¶ Et non in vetustate literæ. Nunc scriptæ & naturalis legis facit mentionem: quia scripta lex & naturalem continet. Infert autem dicens: Nam concupiscentiam nesciebam, nisi per legem. Personam inuenis sumit, ostendere volens: quia quamdiu sumus infantes, omnino quid sit concupiscentia ignoramus. Cum autem crescere cœperimus, initium accipit concupiscentia, quæ à lege prohibita est, in nostram peruenire notitiam, cum iam possumus discernere bonum & malum.

x ¶ Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Quia ab eâ semper mortem dixerat esse solutam. Item ex hinc vult ostendere: quoniam non custodiendo legem, non fuit legis infirmitas, sed humanae voluntatis. Dicendo autem, Peccatum non cognoui nisi per legem, personam pueri assumit, qui per ætatis infirmitatem legi obnoxius non est: sed vbi adoluerit, sub lege esse incipit, & mandata cognoscere.

y ¶ Absit. Contra Manichæos. Quod si dixerint, timuit scandalum: semper ergo timuit, & nunquam contra legem locutus est. Vnde ergo vos audistis, quod ille non fecit?

z ¶ Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Hic in persona eius hominis loquitur, qui legem accipit: id est, qui primum Dei mandata cognoscit, cum consuetudinem habet delinquendi.

a ¶ Nam, &c. Non dixit: non habebam, aut non faciebam, sed nesciebam, hoc est, nesciebam concupiscentiam esse peccatum. Item sicut lumen in tenebris vel offendiculum vel foueam ostendit: similiter & lex præcauendum & obseruandum esse à peccatis facit notitiam peccatorum: & per hoc legem sanctam & bonam esse dicimus.

A

a ¶ *Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me.* Hic peccatum diabolus appellat: sicut in Apocalypsi nominatur, scilicet auctor peccati. Dicit ergo occasionem mandati, quod excusationem ignorantiae abstulit. Grauius enim facit quam ante peccare: sicut omnis inuidus tunc magis occasionem nocendi amplectitur, quando aliquid committitur ei, cui ille molitur infidias.

b ¶ *Omni concupiscentiam.* Quae fuerat lege prohibita.

c ¶ *Sine lege enim.* Pene lex in obliuione erat naturalis, quae suggererat quid sit peccatum: idcirco lex litera superinducta est, ut comoneret oblitos. Itē, si cum lex non esset, peccatum mortuum est, infantiunt qui de Adam per traducem afferunt ad nos venire peccatum. Propterea hic dicit peccatum mortuum est: quia in infantibus, qui sine lege sunt, non uiuit, id est, impune committitur. Nam male dicente infante, parentibus videtur esse peccatum, non tamen uiuum sed mortuum.

d ¶ *Peccatum mortuum est.* Puer licet peccet, mortuum est in eo peccatum: quia non est legi subiectus.

e ¶ *Ego autem uiuebam sine lege aliquando.* Quasi iustum & liberum uiuere me putabam: siue in praesenti uiuebam. Item, cum autem puer essem, legi obnoxius non eram.

B

f ¶ *Sed cum venisset mandatum.* In fine obliuionis cognitum est peccatum adueniente mandato, ut omnis qui illud fecerit, mortuum se esse cognoscat.

g ¶ *Peccatum reuixit.* Vbi adoleui & cepi esse sub lege, & delictum, quod cum essem puer per ignorantiam erat in me mortuum, reuixit in me lege dominante. Ita ergo, inquit, mandatum quod erat ad vitam datum, hoc mihi in morte inuentum est pueritiae consuetudine, & more peccandi. Item, quia vixerat per naturalem scientiam, & mortuum fuerat per obliuionem, ideo dicitur reuixisse per legem.

h ¶ *Ego autem mortuus sum.* Quia sciens praeruaricauit.

i ¶ *Et inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.* Quod custoditum proficiebat ad vitam, neglectum duxit ad mortem. Item, poenam mortem dicit, quam nobis peccatum per deceptionem suam acquisiuit: ostendens temporalia & terrena quae putantur esse bona, & legem praeruaricare suadens, quae vitam aeternam facientibus repro-mittit.

k ¶ *Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Itaque, lex quidem sancta & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.* Contra impugnatores legis, & contra eos qui iustitiam a bonitate fecerunt: lex & sancta & bona dicitur & iusta. Nisi, inquit, abundauerit iustitia uestra. Sed & Deus nonnumquam in veteri instrumento bonus, & in nouo dicitur iustus. Pater iuste, ait dominus. Contra Marcionistas hic locus facit.

Matth. 5. c.
Ioan. 17. d.

l ¶ *Quid ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit.* Non mihi ipsa causa mortis extitit, sed ego qui peccando inuenio mortem.

m ¶ *Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem.* Per bonum legis reuelatur peccatum, & ab ipsa punitur. Item vult ostendere qualiter infantis, qui ante sine lege erat, cum coepit adolefcere, & a parentibus nihilominus prohiberi, peccatum incipiat apparere. Apparet autem cum illud vitare didicerit. Ipsum enim peccatum, si in proficiente aetate, non solum non abscinditur sed augetur, supra modum peccans efficitur, dum iam veniam non meretur.

n ¶ *Ut fiat supra modum peccans.* Ante legem modum habebat per ignorantiam: supra modum est cum scienter admittitur. Item hoc dicit: quoniam peccatum cum per aetatem obnoxium non erat adolescenti arati, dominante sibi lege commissi, reputatur in culpam, factum est ultra modum peccatum.

o ¶ *Peccatum per mandatum.* Nunc ex persona eius, qui aetatem legitimam habet, sermo profertur. Qui enim dicit, Quia lex spiritualis est, seipsum condemnat propria voluntate peccante. Vnde adiecit, Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, ut ostendat, qui cum esset liber, ipse se venundedit peccato. Quid enim iterum dicit. Quod enim operor non intelligo, hoc est, nolens discernere nocere, volens nocere. Aliena desiderio, in eis fraudare non optans: hoc enim ostendit, dicens. Non enim quod volo ago, hoc est, mihi bonum fieri: sed quod odi illud facio: similiter intelligitur, mihi malum fieri. Si enim quod nolo mihi malum fieri hoc consentio legi, quia bona est, praeci-piens quod tibi fieri non vis; alij non feceris.

p ¶ *Scimus enim quidam lex spiritualis est.* Quae spiritualia mandata.

q ¶ *Ego autem carnalis sum.* Ego quaecumque legem acci-

pio, & carnaliter uiuere conserui.

r ¶ *Venundatus sub peccato, &c.* Proposito peccato, ut si consilium eius accepero, ipsius seruis efficiar, sponte memet- ipsum subijciens: etiam quasi inebriatus consuetudine peccatorum ignoro quid facio. Quod enim operor non intelligo. Siue ita pronuntiandum: Ego non intelligo malum esse, quod inuitus admitto, cum malum nolo facere quod committo: utique cum lege sentio, quae mala & non vult & prohibet. Potest autem intelligi: Si pecco, legis seueritati me ipsum subijcio. Item, inuenitur peccare, qui voluntati carnis inseruit.

s ¶ *Si autem quod nolo illud facio, &c.* Si ea quae lex praecipit contraria voluntati carnis, custodire voluero, secundum carnem quod nolo illud facio: secundum verò voluntatem spiritus, legi Dei spirituali atque bonae conuenio.

t ¶ *Nunc autem iam non ego operor illud.* Ante consuetudinem ergo libens ego ipse faciebam. Item dicens. Iam non ego operor illud, ostendit quia non est hominis rationalis, irrationalium animalium ritu viuendum. Inferens autem, quod habitat in me peccatum: docuit quia totum se tradiderit passionibus carnis, quae Deo sunt inimica.

v ¶ *Sed quod habitat in me peccatum.* Habitat quasi hospes, & quasi aliud in alio: non quasi vnum, ut accidentia scilicet non naturalia.

x ¶ *Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum.* Non dicit, Non est caro mea bona. Item, hoc ex persona eius dicitur, qui peccandi consuetudinem habet, & carnis vitij tenetur obnoxius.

y ¶ *Nam velle adiacet mihi.* Est voluntas, sed non est effectus: quia carnalis consuetudo voluntati resistit. Item voluntas carnis amatur magis quam Dei. Ideo dicit, velle adiacet mihi, ut id, quod mihi bonum fieri volo, non perficiam proximo: nam quod odi pati, illud facio.

z ¶ *Perficere autem bonum non inuenio.* Non video facere.

a ¶ *Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago.* Sicut verbi gratia, si quis iam deuorare conseruit, etiam cum non optat incurrit.

a ¶ 81

a ¶ Si autem quod nolo illud facio, &c.] Non ego qui inuitus, sed consuetudo peccati: quam tamen necessitatem mihi ipse parati.

b ¶ Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum.] Si ego volo, inuenio mihi legem bonum facere contra adiacens malum. Item, hoc est quod ait, secundum animam voluntatem bonum velle se facere, adiacere sibi malum iuxta desideria carnis.

c ¶ Quoniam mihi malum adiacet.] Quod dicit, Quoniam mihi malum adiacet, ostendit quia non per necessitatem peccat: sed propria voluntate dicitur ad peccatum, cum vult esse carnis amator.

d ¶ Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.] Consentio legi secundum mentem. Itē, interior homo noster rationalis & intelligibilis, est anima quae consentit legi Dei. Lex enim eius est rationabiliter viuere, & non duci irrationabilium animalium passionibus. Exterior verò, est corpus nostrum. Eius autem lex prudentia carnis est, quae docet edere, & potare, & ceteris viti luxurijs, quae repugnant rationi. Et si superauerint, legi peccati subijciunt. Sic enim ita est sicut quidam aestimant: quia quod nolimus hoc facimus.

e ¶ Video autem legem, &c.] Desideria consueta, vel persuasionem inimici.

f ¶ Repugnantem, &c.] Conscientiae scilicet naturali, vel legi divinae: quae in mente consistit.

g ¶ Et captiuam, &c.] In consuetudinem delictorum.

h ¶ Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore, &c.] Ego qui sic detineor, quis me liberabit de consuetudine mortifera corporali.

i ¶ Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.] Admirabiliter intulit, dicens. Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum: quia quae Moyses & naturalis lex non docuit, haec docuit dominus noster Iesus Christus: contemnere mundum, & superare vitia. Vnde beatus Apostolus hoc docet, dicens. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Item, quem lex non potuit librare, numquid non Paulus nondum erat Dei gratia liberatus? Vnde probatur, quia ex alterius persona haec loquitur.

k ¶ Igitur ego ipse mente seruo legi Dei.] Recapitulat ut concludat, & rursum in persona eius, qui sub lege erat, haec loquitur.

l ¶ Carne autem legi peccati.] Homo carnalis duplex est quodammodo, & in semetipso diuisus.

CAPVT VIII.

Nihil ergo nunc damnationis, &c.] Hic Apostolus, nihil in illis damnatione dignum esse ait, qui carnis opera crucifixerunt.

n ¶ Lex enim, &c.] Notandum quia gratiam legem appellat.

o ¶ Liberavit me a lege, &c.] Quae mortificat peccatores.

p ¶ Nam quod impossibile erat legi.] Hic ostendit quoniam lex per infirmitatem carnis non poterat impleri. In eo autem in quo dicit. Deus cum filium suum misisset in similitudinem carnis peccati: & propter peccatum misisse demonstrat, quoniam ante incarnationem erat filius: & suscepta postea carne, quae ad peccandum esset procliuor, ipse tamen absque peccato eam suscepit. Et idcirco dicitur in similitudinem carnis peccati suscepta carne venisse, & peccatum in eadem carne damnasse: quoniam carnem, quam susceperat, innoxiam ser-

uauerit ab omni contagione peccati. Itē legem dicit non precepta sacrificiorum, & cetera quae erant umbra, vsq; ad tempus Christi data: sed illā quā & dominus noster Iesus Christus docuit, dicens. Omnia quaecumq; vultis ut faciant vobis homines: sic & vos facite illis. Ita est enim lex & propheta. In-

a Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

b Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malū adiacet. c Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominē.

d Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati, quae est in membris meis. e Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? f Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. g Igitur ego ipse mente seruo legi Dei: carne autem legi peccati.

CAPVT VIII.

Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulat. Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu, liberavit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suū mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt, quae sunt spiritus, sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita, & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere

dominum occiderunt, peccatum diaboli quod hoste deceperat per hominem condēnari: sicut ad Hebraeos dicit: Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. Siue de illius carnis substantia quae ante seruiebat peccato, vicit nunquam peccando peccatum: & in eadem carne damnauit peccatum, ut ostenderet voluntatē esse in crimine non naturam, quae talis a Deo facta est, ut possit non peccare si velit.

v ¶ Ut iustificatio, &c.] Ut quod in illis repugnante carnali consuetudine implere non potuit, in nobis saltem impleatur, qui exemplo Christi mortificabimus carnem.

x ¶ Qui non secundum carnem, &c.] Homo ex spiritu & carne constructus est. Quando ergo carnalia agit, totus caro dicitur: quando verò spiritualia, totus spiritus appellatur. Vnaquaeque enim substantia, cum eadem alteram in suam ditionem erigit: & vim quodammodo propriam, & nomen amittit. nam singula cognata sibi & vicina desiderant.

y ¶ Nam prudentia carnis, &c.] Notandum quia non caro, sed prudentia. Eius autem mortem dicens, aeternam poenā significat. Item ipse alibi dicit: prudentiam humanam esse, malo vicem referre. Talis ergo prudentia mortem parit transgrediendo praecipuum. Spiritus verò prudentiae, in praesenti pacem habet, & non reddendo vicem & vitam in futuro. Prudentia verò a prouidendo est appellata.

z ¶ Quoniam prudentia, &c.] Non ipsa caro, ut Manichaei dicunt, sed sensus carnalis inimicus est Deo. Omne enim non subiectum, inimicum est: & quicumque se voluerit vindicare, etiam veteris legis nonnunquam modum excedit.

a ¶ Nec enim potest.] Impossibile dixit: ut vel si ceos a carnis concupiscentijs reuocaret.

b ¶ Qui, &c.] Hic probatur quia superius non carnem, sed opera accusauerat carnis: quia quibus hoc dicitur, utique in carne viuebant.

c ¶ Deo placere non possunt.] Fieri enim non potest ut carni deditus, aliquando non peccet.

a ¶ Vos

G

Matt. 7. b.

H

Heb. 2. d.

A

a ¶ Vos autem in carne, &c.] Hoc est in spiritualibus operibus occupati.

b ¶ Si tamen spiritus, &c.] Hic ostendit, quoniam spiritus sanctus patris & filij sit. Item in illo spiritus Dei habitat, in quo eius apparent fructus, sicut ait ad Galatas: Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, &c.

c ¶ Si quis autem spiritum Christi non habet, &c.] Spiritus Christi est humilitas & patientia: omniumque virtutum est: qui dilexit inimicos, & pro eis oravit.

d ¶ Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum.] Si Christum imitamini, carnalis sensus quasi mortuus non relinquit. Unde & David aiebat. Ego tanquam surdus non audiveram, & sicut mutus non aperiens os suum, & cetera.

Egal. 37. c.

e ¶ Spiritus vero vivit propter iustificationem.] Nunc spiritum nostrum significat, qui propter iustitiam suam vita appellatur, quasi iustificans corpus, beata illa aeterna vita. Itē, spiritus vivit ut iustitiam operetur. Non enim hoc solum quaeritur, ut à carnalibus cessemus, sed etiam ut spiritualia faciamus.

f ¶ Quod si spiritus eius qui suscitavit Iesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Iesum Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora, &c.] Si tamen purificati, ut in nobis spiritus sanctus habitare dignetur, non patitur Deus templum spiritus interire: sed quomodo Iesum à mortuis suscitavit, ita & corpora vestra restaurabit.

g ¶ Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.] Hoc totum agit, ut ostendat eis legem non esse necessariam, quae carnalibus data est. Item, manifeste nunc ostendit, quia non de communi & naturali morte superius fecerit mentionem, dicens.

h ¶ Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.] Significat autem mortem poenae aeternae. Non enim quia caro humana mala sit, & spiritus bonus, laudat spiritum, & vituperat carnem: cum ipse doceat, dicens. Et virgo cogitat quae sunt domini, ut sit sancta corpore & spiritu, Novit enim & mentem accusare, dicens. Homines corrupti mentis: hoc enim dicit, ostendere volens maximam partem passionum desideria humani corporis esse, quod cum ceteris irrationalibus animalibus commune habemus. Sicut enim caetera animalia de terra habent natiuitatem: ita & nos corpus. Anima autem nostra spiritus est incorporeus & rationalis & immortalis. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Secundum rationem expositam: carnales homines iustitiam custodire non possunt.

1 Cor. 7. f.

i ¶ Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.] Spiritualibus actionibus, carnis opera subieceritis. Notandum sanè, opera carnis, non substantiam accusare.

k ¶ Quicumque autem spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.] Quicumque merentur sancto spiritu gubernari, sicut e contrario, qui peccant, spiritu diaboli aguntur, ab initio peccatore. Item, quicumque secundum doctrinam spiritus sancti vivunt, ipsi sunt qui spiritu Dei aguntur.

l ¶ Non enim accepistis spiritum servitutis iterum, &c.] Notandum est, quia Iudaei etiam filij Dei erant, tamen cum essent sub lege velut sub pedagogo agentes, spiritum timoris habebant. Item Iudaei acceperunt spiritum, qui illos ad servitutem cogeret per timorem. Timere enim servorum est, diligere filiorum, sicut scriptum est: Servus domini suum timebit, & filius diliget patrem suum. Illi ergo qui operari charitatis voluntate volebant, timoris necessitate cogantur. Nos verò omnia voluntarie operemur, ut filios nos omnes probemus

non servos timoris. Item vos Romani in adoptionem filiorum vocati estis, non sicut Iudaei, qui subditi legis imperio, in servitute tenebantur.

m ¶ In quo clamamus abba pater.] Qui vocat patrem, filium patri in moribus similis inveniri, ne nomine quoque in vacuum usurpato, maiori poenae subiacet.

n ¶ Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.] Testimonium adoptionis est, quod habemus spiritum, per quem ita oramus. Tantam enim arham accipere non poterant nisi filij.

o ¶ Si autem filij & haeredes: haeredes quidem Dei, &c.] Qui meretur esse filius, meretur effici haeres patris, & veri filij cohaeres.

p ¶ Si tamen compatimur.] Si talia patimur cum necesse fuerit, pro nomine eius, qualia pertulit ille pro nobis.

1. Iou. 3. d.

q ¶ Ut & glorificemur.] Sicut Ioannes ait, Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.

r ¶ Existimo enim quod non sunt condigna passionibus, &c.] Hic vult futuram gloriam commendare, ut praesentes pressuras facilius toleremus. Et re vera nihil posset homo condignum pati gloriae caelesti, etiam si talis esset illa qualis modò est vita. Quicquid enim passus fuerit à morte, plus non est quam etiam peccatis suis antea merebatur. Nunc autem & peccata donantur: & tunc vita aeterna praestabitur, consortium angelorum, splendor solis, &c. quae sanctis legitimus re promissa.

s ¶ Ad futuram gloriam quae reuelabitur, &c.] Modò enim abscondita est cum Christo in Deo, & non iam apparuit quid erimus: quod dominus re promissit sanctis.

t ¶ Nam expectatio creaturae, reuelationem filiorum Dei, &c.] Diuerſi hunc locum, diuerſis modis exponunt. Siue omnis creatura resurrectionis tempus expectat: quia tunc in melius commutabitur, siue angelica, siue rationalis creatura. Petrus enim dicit, etiam angelos gloriam desiderare sanctorum. Quidam etiam sic dicunt, Adam & Euam esse creaturam, quos olim serpens à spe diuinitatis vanitati subiectos, corruptioni effecerit deseruire: non ex semetipsis peccatores, sed serpentis instigatione & consilio. Et ipsi, inquit, liberabuntur, ut iam non corruptioni deseruiant. Omnem autem creaturam dicunt esse, quicumque usque ad aduentum Christi iusti fuerunt, quia & ipsi nondum accipientes expectant, Deo pro nobis aliquid melius providente. Non solum autem illi, sed & nos ipsi in quibus completa sunt, necdum tenemus, sed in spe sustinemus, quamuis quae multi videre iusti cupierunt, viderimus. Item dicens, Si tamen compatimur ut & glorificemur, & inferens, Expectatio creaturae, De rationali creatura sermonem fecit, & sicut existimant de irrationali vel in sensibili, quae ad servitutem hominum creata est, & posthac peritura, quando sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae caeli cadent super terram, & tunc erit novum caelum & nova tempora. Creatura autem Adam est & Eva, quae adhuc expectat se à Deo recipere adoptionem.

v ¶ Vanitati enim creaturae.] Vanitas est omne quod quandoque finitur. Item vanitas est praeraticio; cui subiecta Eva, non propria voluntate, sed à serpente decepta spe illa, qua audierat, Et eritis quasi dii, scientes bonum & malum. Seruitus autem est corruptionis quam audiuit Adam: Terra es, & in terram ibis. In resurrectione accepturi sunt incorruptionem filiorum Dei.

x ¶ Subiecta est.] Si angeli hominibus ministrant.

a ¶ Non

b

c

d

e

f

g

h

i

k

l

a ¶ Non volens, sed propter eum qui subiecit eam, &c.] Iam non feruier eis qui Dei imaginem corruerunt.

b ¶ Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc.] Sicut gaudent angeli super penitentes, ita dolent super conuerti nolentes. Item nunc communem creaturam nominat. post Adam & Euam, iustos qui fuerunt vsque ad tempus Christi, qui & ipsi Adæ & Eue, qui dicuntur creatura simul congemiscunt, recipere desiderantes præmia virtutum, quæ dominus promissit eis.

c ¶ Non solum autem illa, sed & nos ipsi, &c.] Non solum angeli qui benigniores nobis sunt de huiusmodi dolent, sed etiam nos qui iam Spiritum sanctum habemus, de talibus ingemiscimus, sicut & Hierem. ingemiscens aiebat: *Hæu mihi anima quia perijt à terra reuerens, & reliqua.* Item dicens, *Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes,* manifestè edocuit, quia non de irrationali vel insensibili creatura sermonem fecerit, quæ non participat Spiritum sanctum, sed de sanctis dicit qui Deo placuerit naturali lege, similiter & Moysi: Discipuli autem Christi primitias dicuntur habere spiritus, id est, prima & præclara charismata, per quæ ditauerit omnem terram. Non enim tanta fuit gratia ante legem & in lege Moysi. Et quod priores sint discipuli Christi, Hebræis scribens docet: Sed & hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem Deo pro nobis melius ali-

quid providente, & ne sine nobis consummarentur.

d ¶ Expectantes redemptionem corporis nostri, &c.] Nondum rem ipsam promissam percepimus, sed speramus, sicut ad Corinthios ait: *Per fidem enim ambulamus, & non per speciem.*

e ¶ Spes autem qua videtur, &c.] Quod videtur, non speratur: sed si proprium est, possidetur. Nulla enim spes in rebus visibilibus est Christianis. Non enim nobis præsentia promissa sunt, sed futura.

f ¶ Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus.] Ideo fides per patientiam grandis est præmij: quia quod non videt, credit, & qualiam acceperit, ita secura est de nondum acceptis: sicut ait ad Hebræos: *Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis repromissionem.* Spes enim sine patientia esse non nouit.

g ¶ Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram.] Secundum hanc spem adiuuat, vt nõ terrena, sed cælestia postulemus. Infirma enim est nostra possibilitas, nisi doctrina Sancti spiritus adiuuetur.

h ¶ Nam quid oremus sicut oportet nescimus.] Quia adhuc per speculum videmus. Frequenter obsunt, quæ prodesse putamus, & ideo nobis postulata minime cõceduntur prouisione diuina, sicut & ipse alibi ait, *Propter quod ver dominum rogauit, vt discederet à me, & reliqua.* Aliter, Difficile orationis nostre desiderium secundum quod corde concepimus, exprimere vix voce valeamus: vnde subsecutus est.

i ¶ Sed ipse spiritus postulat pro nobis, &c.] Deus ergo qui scrutatur corda, & ita sermone comprehendere non sufficimus, nouit in quantum modo credere cupiamus. Scit tamen quia pro sanctis rebus, non pro secularibus postulamus secundum ipsius voluntatem.

k ¶ Qui autem scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus.] Quasi summus sacerdos.

l ¶ Quia secundum Deum postulat pro sanctis.] Hic gratiam spiritus, spiritum nominauit: sicut alibi dicit, *Si orauero lingua, spiritus meus orat: & amulatores estis spiritum.* Postulat autè, quia postulare nos facit gemitibus, qui enarrari non possunt: sicut tentare nos dicitur Deus vt sciat, hoc est, vt scire nos faciat quales simus. Sed & hoc commune quod dominus fieri iubet, ipse dicitur operari: vt ille ædificauit domum, aut ille codicem fecit, cum nec ipse scripserit, nec ille construxerit. Item gratiam spiritus, nominat spiritum, qui docet nos pro nobis domino postulare, sicut Elaias dicit, *Spiritus sapientia & intellectus.* Et Corinthijs scribens dicit, *Sic & vos quoniam amulatores estis spiritum, ad ædificationem Ecclesie querite vt abundetis.*

m ¶ Scimus autem quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum.] Omnia quæcumque fecerimus, vel passi fuerimus propter dilectionem Dei, omnia nobis ad mercedè crescunt. Omnia enim quæcumque iustus fecerit, prosperabuntur.

n ¶ His qui secundum propositum vocati sunt sancti.] Nam quos præsciuit, secundum quod propositum sola fide saluare quos præsciuerat credituros, & quos gratis vocauit ad salutem, multo magis glorificabit ad salutem operantes.

o ¶ Et prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui.] Prædestinare idem est quod præscire. Ergo quos præuidit conformes futuros in vita, voluit vt fierent conformes in gloria. Qui transformauit corpus humilitatis nostre, conforme corpori claritatis suæ.

p ¶ Vt sit ipse primogenitus in fratribus.] Primogenitus ex mortuis in gloriam. Item hic secundum quod homo factus est, secundum gratiam quæ in eo erat filius Dei, primogenitus interpellat pro nobis, non quasi Deus interpellat, sed quasi summus sacerdos.

q ¶ Quos autem prædestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit, &c.] Quos præsciuit credituros, hos vocauit. Vocatio autem volentes colligit, non inuitos. Aut certè discretio non in personis, sed in tempore est. Hoc ideo dicit, propter fidei inimicos: ne fortuitam Dei gratiã iudicarent. Ergo vocantur per prædicationem vt credant: credentes iustificentur per baptismum: glorificentur in virtutibus gratiarum.

r ¶ Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?] Vult ostendere quod nemo possit impedire eos qui diligentes Deum, diliguntur à Deo, quo minus gloriam quæ promissa est, consequantur: eo quod perfecta quæ illis est charitas, omnem causam mortalis timoris foras expellat.

s ¶ Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.] Præmisit tradit, vt tradentibus maneret libertas arbitrij: & nobis patientiæ monstraretur exemplum. Quod dicit, pro omnibus, norandum quia non pro aliquantibus.

t ¶ Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?] Quid potest habere charius, quod nobis neget, qui filium non negauit?

u ¶ Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet?] Quos Deus elegit credentes, ac signis & virtutibus iustos ostendit, quis pro pristinis audebit accusare delictis, vel pro contemptu legalium mandatorum?

1. Cor. 14.

Esai. 11. a
1. Cor. 14. c

H



A

a ¶ *Christus Iesus qui mortuus est, &c.* Secundum assumpti hominis loquitur formam, qui mortuus est, & resurrexit.

b ¶ *Qui etiam interpellat pro nobis.* Ut cum ipso simus, ubi ipse est. Solent planè Ariani ex interpellationis causâ, movere calumniam, dicentes, quòd qui interpellatur interpellante sit maior. Quibus respondendum est, Deum obliuionè non pati, vt pro ipsis comoneatur semper quos ipse elegit, sed in hoc interpellare eum dicitur, dum semper patri hominem quem suscepit, quasi nostrum pignus ostendit, & offert vt verus pontifex & æternus.

c ¶ *Quis ergo nos separabit à charitate Christi?* Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, &c. Post tanta & præclara beneficia vel promissa, quæ poterit tam grauis esse pressura, quæ nos ab eius charitate diuellat, & dicendo oēs, docet tales esse debere, qui à Christo nec periculis debeant separari. Tunc verò Iudæi volebant illos à Christo ita separare, vt ad legis eos custodiam reuocarent.

d ¶ *Quia propter te mortificamur tota die.* Non propter aliquod crimen, sed propter te, qui dixisti: Beati eritis cum persecutur vos, &c.

e ¶ *Æstimati sumus sicut oues occisionis.* Hoc in nobis Christianis maximè impletur, quibus non licet nosmetipsos defendere, sed exemplo domini & magistri, qui sicut ouis ad victimam ductus est, omnia illata patientissimè tolerare.

f ¶ *Sed in his omnibus superamus, &c.* Has omnes tribulationes pro nihilo ducimus, propter eum qui nos tantum dilexit, vt etiam moreretur pro nobis.

Et quando pro eius nomine morimur, tunc maximè triumphamus: præsertim cum leue sit pro se pati, quod pro alijs Christus Dominus pati dignatus est.

g ¶ *Certus sum enim, quia neq; mors, neq; vita, &c.* Pro certo confido, quia nec si mihi quis mortem minetur, nec si vitâ promittat, nec si se angelum dicat à domino destinatum, nec si se angelorum principem mentiatur, nec si in præsentis honorem conferat, neque si polliceatur gloriam futurorum, neq; si virtutes operetur, nec si cælum promittat, & inferno detreat, vel profunditatem scientia suadere conetur, vnquam nos poterit à Christi secernere charitate.

h ¶ *Neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei.* Omnè penè creaturâ nominauit, & non fuit his cõtentus nisi addiderit, vt etiam si sit alia creatura, nec ipsa valeat separare.

i ¶ *Quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Deum diligit in Christo, cuius dilectio consistit in custodia mandatorum, sicut ipse ait: Si diligitis me, mandata mea seruate. Nec non imitationem amoris sui in fraterna charitate constituit, dicens: In hoc cognoscent homines: quia me discipuli estis, si dilexeritis inuicem. Et Ioannis ait, Si fratrem quem vides, non diligis, Deum quem non vides, quomodo potes diligere?

CAPVT IX.

Veritatem dico in Christo Iesu, &c. Contra Iudæos acturus, primum illis satisfacit: non se odij causa hæc dicere, sed amoris, eo quòd doleat illos nõ credere Christum, ad quos primum saluandos aduenerat. Quod autem dicit, se in Christo dicere veritatem, ostendit hominem baptizatum, qui per cõmunicationem corporis & sanguinis Christi in ipso manet, & ipse in illo, quicquid vel facit vel loquitur, in Christo eum loqui vel agere, cuius est membrum. Et

1. Ioan. 4. 2

quid quod est illatum iniuriæ fuerit, Christo similiter irrogari. Nam quod ait, Conscientiam sibi in hac parte testimonium perhibere, illum docet veritatem dicere, cuius cõscientiam in omnibus attestatur. Nec eum mendacij reum interna accusatione constituit. Item Apostolus se tristem dicit valde pro fratribus suis secundum carnem, qui dicit nullum nos separare à charitate Christi, scies se quando persecutor erat & optabat se anathema esse à Christo, vocatû à Christo secundum eius misericordiam, & volebat eos credere, & eadem misericordiam promereri.

l ¶ *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo, &c.* Optabam aliquando cum persecuter Christum, non modò optare, sciebam quòd ipsorum essent hæc omnia. Sed postquam cognoui veritatem, dereliqui eos quos taliter diligebam, & ipsi nondum conuertuntur.

m ¶ *Qui Israelitæ, quorum adoptio est filiorum.* De ipsis enim dicebat, Filius meus primogenitus Israel.

n ¶ *Gloria & testamentum & legislatio.* Veteris latio, & noui promissio.

o ¶ *Et obsequium & promissa.* Hoc est ministeriū angelorum vel prophetarum.

p ¶ *Quorum patres.* Abraham, Isaac, & Iacob.

q ¶ *Ex quibus est Christus secundum carnem, &c.* Contra Manichæum, Photinum, & Arium, quia & ex Iudæis est secundum carnem, & Deus benedictus in sæcula, sicut & Thomas adorat & dicit, Deus meus, Deus meus. Quod ille confirmat, dicens, Quia vidisti, ideo credidisti.

r ¶ *Non autem quod exciderit verbum Dei.* Licet Apostolus doleat Iudæos excidisse à promissionis gratia, ostendit tamen non inane fuisse verbum Dei, & his promissa deberi, nõ qui secundum carnem ex Abraham Isaac & Israel nati sunt: sed qui seruantes fidem Patriarcharum, de quorum semine putantur. Item quia superius dixerat dolere se, quòd genus Israel proprio vitio excluderetur à regno, quorum hæc omnia fuerunt. Hic ostendit illos qui non credunt, non esse filios Abraham: ne omnibus Iudæis præiudicare putaretur, & obijceretur ei, Nunquid Deus mentitus est Abraham?

s ¶ *Non enim omnes qui ex circumcissione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abraham omnes filij.* Si non omnes, tamen aliquanti, & si non omnes Israelitæ, Israel sunt, sunt ergo ex gentibus aliquanti, in quibus non est dolus.

t ¶ *Sed in Isaac vocabitur tibi semen.* In solo Isaac vocati sunt, etiam tunc filij Abraham, non etiam in Ismael, cum & ipse ex eius stirpe descenderet. Item semen Isaac non isti qui secundum carnem nati sunt, sed hi qui secundum spiritum sunt, hoc est, secundum fidem Isaac. Qui enim talis, huius promissio est & adoptio filiorum. Habebat enim primogenitum Esau: & non est à Deo dilectus, nisi Isaac.

u ¶ *Id est non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui sunt promissionis, æstimantur in semine.* Ismael enim secundum carnalem vsum natus est ex ancilla: Isaac verò super naturam de senibus extropromissione Dei est generatus, ita nunc Christianos promissio facit filios Abraham, quam meruit fides, vt scilicet pater sit gentium plurimarum.

x ¶ *Promissionis enim verbum hoc est.* Hic ostendit posteriorem populum more Isaac esse repromissionis.

a ¶ Secun-

C

Exod. 4. f

D

Ioan. 20. g

D. HIERO
T. VI. 7. 8

a ¶ *Secundum hoc tempus veniam, & erit Sara filius.*] Antequam nasceremini, imò priusquam Rebecca Esau & Iacob vtero suo fundere, in Iacob dilexi vos: in Esau Idumæum odio habui. Quem locum Paulus Apostolus mystica disputatione euentillans, scriptum est ad Romanos: duo pariter testimonia de Genesi Malachiaq; coniungit. Sed & Rebecca de vno concubitu habens Isaac patrem nostrum. Nam cum nondum nati essent, aut aliquid egissent boni vel mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocatione dictum est ei, Quia maior seruiet minori: Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Hoc enim quod dicitur, Sicut scriptum est, & ad Geneleos librum, & ad prophetam Malachiam refertur. Et non solum ait: Iacob dilexi antequam nasceretur: & odio habui Esau, priusquam ex matris vtero funderetur, sed in posteros eorum amorem meum & odium conseruauit. Odium in Esau, cuius mōtes qui appellatur Seir, redegin in solitudinē, & vrbes feci esse desertas, & a serpentibus ac bestijs obtineri.

b ¶ *Non solum autem illa, sed & Rebecca.*] Non solum autem Imael & Isaac, qui quamuis ex vno quidem patre, diuersa tamen matre sunt generati: non sunt vnum apud Deum, sed etiam Iacob & Esau, qui ex vno sunt de Rebecca nati concubitu antequam nascerentur, fidei sunt apud Deum merito separati, vt propositum Dei de eligendis bonis & relicitandis malis, etiam in presenti maneret. Ita ergo & nunc quos præfinit de gentibus credituros, elegit, & ex Israel reiecit incredulos.

c ¶ *Ex vno concubitu habens Isaac patrem nostrum.*] Que legitur primò geminos edidisse, in eo quali nouum aliquid accesserit, perterrita Deum interrogat.

d ¶ *Cum enim nondum nati fuissent, &c.*] Siue vt hoc significaret, quod modò etiam de geminis qui non credit abijciuntur.

e ¶ *Non ex operibus, sed ex vocatione dictum est ei.*] Præscientia Dei non præiudicat peccatores, si conuerti voluerint. Dicit enim per Ezechielem. Si dixerò peccatori, morte morieris, & ille conuersus iustitiam fecerit: vita viuet, & non morietur.

f ¶ *Quia maior seruiet minori.*] In Geneleos libro dictum est: Due gentes & duo populi in vtero tuo: & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Ergo prophetia non de his est, qui secundum carnem sunt Iacob & Esau, sed de his qui futuri erant ex operibus boni & mali: & ex ipsis operibus aut odium Dei habere, aut misericordiam eius consequi.

g ¶ *Sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*] Hoc autem quod dicitur, scriptum est, & ad Geneleos librum, & ad prophetam Malachiam pertinet. In Geneleos libro ad Rebecca dicitur, Due gentes & duo populi in vtero tuo. Vnde benè ostendit Apostolus promissiones non esse eorum, qui secundum carnem filij sunt Abrahamæ, sed eorum qui fidem patrum seruataque custodiunt.

h ¶ *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit.*] Timuit ne quod ipse propterea dixerat, vt probaret apud Deum prærogatiuam generis nil valere, siue iam tunc significatum posteriorem populum meliorem futurum, non intelligentes, putaret eum dicere, quòd alios Deus bonos faceret, alios malos, secundum ipsorum sententiam, quod erat iniquorum punire, qui non sua sponte peccassent, proponit sibi ex aduerso testimonia, quibus ipsi hoc affirmare solebāt. Quibus exemplis per breues subiectiones respondet, ostendens ita intelligi non posse.

i ¶ *Moyse enim dicit: Miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo.*] Hoc recto sensu ita intelligitur. Illius miserebor

quem præcui posse misericordiam promereri, vt iam tunc illius sum misertus.

k ¶ *Cui miserebor.*] Econtrariò Iudæi sermo est, igitur non volentis, neq; currentis: Et iterum, Ergo cuius vult, miserebor: & quem vult, indurat. Non enim Apostolus tollit quod in propria voluntate habemus, qui superius dicit, Ignoras: quia bonitas Dei te ad penitentiam adducit? Et iterum Timotheo scribit: In magna autem domo, non solum sunt vasa aurca & argentea, sed & lignea & fictilia. Et quedam quidem in honorem, quedam in contumeliam. Si quis autem mundauerit se ab his, erit vas in honorem sanctificatum.

l ¶ *Igitur non volentis, neq; currentis, sed miserebor est Dei.*] Hoc loco Paulus Apostolus vique ad illum locum: Quid enim adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistere poterit? personam de contrario assumit, venientis & dicentis, non esse in nobis, aut rectè, aut malè agere, sed in Dei arbitrio constitutum, qui cuius vult, miserebor: & quem vult, indurat. Homo tu quis es qui contradicas Deo? Nunquid dicit signum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Nunc Apostolus contradicentem sibi superius increpat, ostendens hoc ipsum quod dicit: Cui vult miserebor: & quem vult, indurat: Et quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistere poterit? Ex hoc igitur demonstrat, eum esse proprii arbitrij vel voluntatis, quod si vt ipsi econtrariò venies dicit, Cuius vult, miserebor Deus; & quem vult, indurat, nihil differt, quòd figulus tractat in manibus, quòd fingendi ex se vas aliquid contradicere non potest, quid ex eo vult efficere. Hic autem in eo in quo contradicit, queritur de Dei voluntate, ostendit liberè esse arbitrij, qui audeat de Dei iudicio retractare. Item si nò est volentis, neque currentis, vt quidam putant: quare ipse currit, dicens: *Cursum consummaui.* Et alios vt currebant, adhortatus est, dicens, *Sic currite, vt omnes comprehendatis.* Vnde intelligitur, quia hic interrogatis voce vitur, & redarguentis potius, quam negantis.

m ¶ *Dicit, &c.*] Hoc & illi malè proponunt. Sed hic locus duobus modis à diuersis exponitur. Siue quod vnusquisque modù & finem peccatorum suorum implet vt puniatur, sicut Sodomita & Amorraei. Hic ergo iam modum excefferat, & ideo voluit Deus quasi de iam perituro alijs prouidere, vt populus eius agnosceret iustitiam ipsius atq; virtutem, vt nec peccaret, nec suos aduersarios vereretur. Tale est hoc quod in Pharaone gestum est: quale si medicus de cruciatu iam damnati rei multis inueniat sanitatem, causas inquirendo morborum. Vel si iudex cum possit criminofum statim punire, ad omnium timorem diuersis pœnis afficiat. Siue Dei patientia induratus est. Cessante enim plaga Dei durior fiebat: & quamuis sciret eum non conuerti, tamen etiam in ipso suam clementiam voluit demonstrare.

n ¶ *Ergo cuius vult, miserebor: & quem vult, indurat.*] Ergo si hoc sic intelligitur. Cuius vult, miserebor: & quem vult, indurat; quod satis iniquum est: & ita propositio vestra concluditur, vt dicatis malitia vestra, non vos esse causam, sed domini voluntatem, cui contradici non possit, sed resistit hic rationi vestra ipsa natura iustitiæ Dei.

o ¶ *Dicit itaque mihi, &c.*] Apostolus contra aduersarios dicit. Dicis itaq; mihi. Quid adhuc queritur? Et iterum infert, confirmans hoc quod dixerat, homo tanto magis verè queritur, & iuste ex verbis tuis. Nemo .n. propriam non habens voluntatē, dicere potest de Deo: quid adhuc queritur? Vnde rectè arguens eius imprudentiam dicit. Tu quis es qui respondeas Deo? Qui enim à Deo induratus est, sicut tu dicis, econtradicere suo creatori nò potest, quasi non habens propriam voluntatem, sicut & lutum insensibilis materia fictori suo respondere non potest: quia in potestate figuli positum est.

G

Tim. 2. c

H

Gen. 25. c
Malach. 1. c

Ezech. 18. f

Gen. 25.

Malach. 1.



A

a ¶ O homo, tu quis es, qui respondeas Deo, &c. Quibusdam videtur & hoc adhuc ex ipsorum persona dicere: quia ipsum est dicere, neminem posse contradicere voluntati Dei alterius miseretis, alterum indurantis, & addere neminem Deo respondere. Quidam vero dicunt hinc Apostolum respon-

dere, quod etiam si ita esset, ut illi calumniantur, non debere eos suo respondere factori: eo quod tales simus ad comparationem Dei, quale ad suum est luti artificem figmentum. In Græco habet *μὴ ἀποκρίσῃς τῷ θεῷ*, quod est, ὁ homo tanto magis.

b ¶ An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, &c. Secundum hos qui hæc verba Apostoli dicunt, massam dicit omnes in Egypti commorantes; quia & Israel ibi idolis deservierat.

c ¶ Quid si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam, &c. Quia illum diu sustinuit blasphemantem, & populum suum varijs operibus afflictum. Præterea, quæ innoxiam ætatem parvulorum crudeliter iusserat enecare. Item competens responsum: quia patientia & eius bonitas facit eos qui propriam habent voluntatem, vivendi, siue vasa iræ, siue misericordie.

d ¶ Vasa iræ apta in interitum. Implendo peccata sua, vasa iræ digna sunt facti, & à semetipsis ad interitum preparata.

B

e ¶ Ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordie, &c. Digniter erant misericordia: quia & minora commiserant, & graviter fuerant afflicti.

f ¶ Quos & vocavit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Quia & tunc aliquanti Egyptiorum exierant cum filiis Israël, quod si Deus personam acciperet, solus Israel debuit habere salutem. Ita & nunc non solum

Iudæos, sed etiam gentes vocavit ad fidem. Secundum eos autem qui hæc non ex Apostoli, sed ex Iudæorum persona dici putant. In quantum, in quantum, quos voluit, salvavit: ut etiam gentes elegerit idololatrias, qui nunquam servierant Deo, & ex Israel paucos vocaret, secundum testimonium Esaiæ.

g ¶ Sicut in Osee dicit. Non populum, duas tribus dicit: & non misericordiam consecutam, decem tribus.

h ¶ Vocabo non plebem meam, plebem meam. Hoc loco Iudam significat.

i ¶ Et non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Israeliticum populum.

k ¶ Et erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea vos. Gentes demonstrat in Christo credituras, sicut in Evangelio per parabolam loquitur nuptiali cena facta, cum Israel venire nolisset, & pro ipso gentes vocantur.

l ¶ Ibi vocabuntur filij Dei viui. Vocacionem gentium significat.

m ¶ Esaias autem clamat pro Israel. Communicatio pro ipsis esse monstratur.

n ¶ Si fuerit numerus filiorum, &c. Paucitatem eorum credituram esse demonstrat.

o ¶ Verbum enim consummans & abbrevians in æquitate, quia verbum breviatum faciet dominus super terram. Historia hoc habet sensus. Sicut ego verbum abbrevio, & citò definitio, ita Deus hoc omni velocitate perficiet. In prophetia autem

luntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quod me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordie, quæ preparavit in gloriam. Quos & vocavit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus; sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictum est eis, Non plebs mea vos; ibi vocabuntur filij Dei viui. Esaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ salvæ fient. Verbum enim consummans & abbrevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Esaias. Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissimus. Quid ergo dicemus, quæ gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehederunt iustitiam? Iustitiam autem quæ ex fide est. Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non pervenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur.

verbum breviatum, novum testamentum accipitur: quia in eo breviter comprehensa sunt omnia & clausa. p ¶ Et sicut prædixit Esaias. Bene prædixit, quia superius scriptum est. q ¶ Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, &c. Quia non est passus paucos iustos perire cum multitudine impiorum in fide, nisi semen Abraham Christus fuisset missus ad populum liberandum qui corruisset. r ¶ Quid ergo dicemus, quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam? Si superiora ex persona Apostoli dicuntur, hic sibi iterum proponit: quia poterant dicere, si non essit ut dicimus: quia non est volentis neque curētis, quomodo gentes inveniunt iustitiam, quam nunquam antea quaesierunt: Israel verò quæres semper iustitiam, non potuit invenire? Si verò totus superior sensus contradicentibus applicatur; hic respondet Apostolus, & breviter recapitulat questionem, dicens. Quid ergo dicemus ad ea, quæ nobis obiecta sunt; nisi quia gentes vocatæ crediderunt, & illi credere noluerunt. i ¶ Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non pervenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis. Reddit causas, quare non inveniunt iustitiam: quia falso in operibus gloriati, credere noluerunt, quasi iustitiam gratiæ reputantes dicens. Quoniam populus Iudæorum ex operibus legis iustitiam se putans in legem iustitiæ, id est, ad fidem Christi dedignando non potuit pervenire. t ¶ Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, &c. Qui videt lapidem, non offendit: qui autem cæcus est, impingit: quod contingit Iudæis, quos sua malitia excæcavit, & Christum non agnoscen- tes crucifixerunt. Sed & idcirco lapis offensionis & petra scandali, prædictus est Christus: quia multi in natiuitate eius & passione scandalum patiuntur, sicut scriptum est. Quia scandalizabamur in eo. Et Apostolus ait: Christum crucifixum Iudæis scandalum, gentibus stultitiam: ipsis verò vocatus, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Unde & hic sequitur: Qui credit in eo, non confundetur. Petrus quoque dicit, quod creditibus lapis electus sit angularis, incredulis verò offensionis. u ¶ Et omnis qui crediderit in eum, non confundetur. Non Iudæus solus, sed omnes credentes in eo non confundentur de peccatis delictis.

CAPVT X.

FRatres, Voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum sit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam

quærentes statuerunt iustitiæ Dei

deis, quos sua malitia excæcavit, & Christum non agnoscen- tes crucifixerunt. Sed & idcirco lapis offensionis & petra scandali, prædictus est Christus: quia multi in natiuitate eius & passione scandalum patiuntur, sicut scriptum est. Quia scandalizabamur in eo. Et Apostolus ait: Christum crucifixum Iudæis scandalum, gentibus stultitiam: ipsis verò vocatus, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Unde & hic sequitur: Qui credit in eo, non confundetur. Petrus quoque dicit, quod creditibus lapis electus sit angularis, incredulis verò offensionis.

CAPVT XI.

FRatres: Voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum sit pro illis in salutem. Hic se ostendit non solis labijs, sed & corde pro inimicis orare.

y ¶ Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Habent scientiam sectandæ legis, sed non intelligunt, quia Christus secundum legem venit. Et quia per legem iustificati non possunt, periclitantur reuera, si sine scientia fiat, quia sæpè vertitur in contraria.

z ¶ Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuerunt iustitiæ Dei

C

D

Mat. 24. n

1. Cor. 1. d

1. Pet. 2. a

Mat. 24. n

1. Cor. 1. d

1. Pet. 2. a

Mat. 24. n

1. Cor. 1. d

1. Pet. 2. a

E *tie Dei non sunt subiecti.* Ignorantes quod Deus ex sola fide iustificat, & iustos se ex legis operibus, quam non custodierunt, esse putantes, noluerunt se remissioni subijcere peccatorum, ne peccatores fuisse viderentur, sicut scriptum est: Pharisaei autem spernentes consilium Dei in semetipsis, noluerunt baptizari baptismo Ioannis. Item, quia sacrificia legis, & cetera quae umbra erant veritatis, quae per Christum perfici habebant, praesentia Christi cessauerunt, cui credere noluerunt: Bene dicit Apostolus, iustitiam suam, quia iam non Dei est, sed ipsorum.

a *Finis enim legis, Christus ad iustitiam omni credenti.* Talis est ille qui Christum credidit, die qua credidit, qualis ille qui vniuersam legem impleuit.

b *Moyles enim scripsit: quoniam iustitiam qua ex lege est.* Moyles distinxit in Leuitico inter vtraque iustitiam, fidei scilicet atque factorum, quod altera operibus, altera sola fidei credulitate accedente fiat. Item, Apostolus ostendere volens differentiam iustitiae legis, ac fidei, testatur Moysen. Item, docentem de iustitia legis, qui fecerit homo, viuet in ea. De iustitia autem fidei: Ne dicas, inquit, in corde tuo, quis ascendet in caelum, hoc est, ne dubites credere mandato, quod futurum est annuntiare Christum, qui venturus est dare tibi iustitiam ex fide.

c *Quis fecerit homo, viuet in ea.* Nemo enim illorum viuit: quia in hoc tempore nemo perfecit legem sine Christo: quia & hoc legis est, vt ipsi credatur. Quidam ex hoc locuputant, iudeos praesentem tantum vitam ex legis operibus meruisse, quod verum non esse, domini verba declarant: qui de vita interrogatus aeterna, mandata legis opponit, dicens: Si vis in vitam venire, serua mandata. Vnde intelligimus, quod qui suo tempore legem seruauit, vitam habuit aeternam.

d *Quae autem ex fide est iustitia, &c.* Ille quidem secundum historiam de lege non dixit, sed Apostolus illud ad Christum aptat: quia lex nec in caelo fuit, nec in abyssu. Siue ideo illud semper iubet lex meditari, vt ibi Christum valeant inuenire.

e *Quis ascendet in caelum, &c.* Quia Christus Deus & homo est, in eo quod Deus verbum, qui cum in forma Dei erat, semetipsum exinanit, formam serui accipiens, factus est homo. Propterea dicit: Quis ascendet in caelum, hoc est Christum deducere. Deducere dicitur secundum formam Dei, reducere autem ex mortuis secundum formam serui.

f *Sed quid dicit scriptura, &c.* In Deuteronomio. Nouum scilicet testamentum.

g *Quis si confiteatur in ore tuo Dominum Iesum, &c.* Testimonium cordis, est oris confessio.

h *Saluus eris.* A delictis praeteritis cum futuris.

i *Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.* Ergo si fides sufficit ad iustitiam, & confessio ad salutem, inter Iudaeum & gentilem credentes nulla discretio est.

k *Dicit enim scriptura, &c.* In Esaia. Non solum Iudaeus.

l *Non confundetur.* Nolite ergo vos illos confundere de prauis actibus, quos scriptura dicit confundi non posse.

quarentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti. ^a Finis enim legis, Christus ad iustitiam omni credenti. ^b Moyles enim scripsit. Quoniam iustitiam quae ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea. ^d Quae autem ex fide est iustitia, sic dicit. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caeli, id est, Christum deducere, aut quis descendet in abyssum: hoc est, Christum a mortuis reuocare. ^f Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo: & in corde tuo, hoc est, verbum fidei quod praedicamus, & quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo crederis, quod Deus illum suscitauit a mortuis, ^h saluus eris. ⁱ Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. ^k Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum, ^l non confundetur. ^m Non enim est distinctio Iudaei & Graeci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. ⁿ Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? ^o Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur, ^p sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? ^q Sed non omnes obediunt Euangelio. ^r Esaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui nostro? ^s Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. ^t Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem. ^u In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. ^v Sed dico: Nunquid Israel non cognouit? ^w Primus Moyses dixit. ^x Ego ad emulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam. ^y Esaias autem audit & dicit. Inuentus sum a non quarentibus me: ^z palam apparui his qui me non interrogabant. ^{aa} Ad Israel autem dicit. ^{ab} Tota die expandi, ^{ac} manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.

CAPVT

In cantico Deuteronomij non erant gentes Dei. Quae ergo dicat: eos qui non sunt gens mea, vocabo, & credent mihi ad vestram irritationem, vt quibus maiores debuistis esse, gaudeatis aequare: sicut si quis habeat filium inobedientem, & ad corrigendum eum, dimidium patrimonij sui det seruo suo, vt tandem ille conuersus gaudeat, vel si tantum accipere mereatur. Siue non eramus gens: quia mortui eramus in peccatis.

a *Esaias autem audit & dicit, inuentus sum a non quarentibus me.* Gentibus quae non Deum in lege, sed in idolo ignorantem requirebant.

b *Palam apparui eis qui me non interrogabant.* Non Deum, sed daemona interrogabant per augures & haruspices idolorum atque astrologos.

c *Ad Israel autem dicit.* Ipse quia talia gentibus irae promissit Iudaeis ecce qualia comminatur, vt sciatis vtrumque praedictum.

d *Tota die expandi.* Toto tempore mirabilia vel plagas ostendit: & nec sic credere voluerunt.

e *Manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.* Extensio manuum allegoricè signat crucem.

G *Jobel. 2. 8*

o *Aur quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante, nisi mittantur.* Quia nunquam ad illos prophetae sunt missi.

p *Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Istorum pedes pulchri sunt, qui pacem annuntiant: illorum autem qui annuntiant saeculi cursum, turpes sunt atque deformes.

q *Sed non omnes obediunt Euangelio.* Ergo si nec illi omnes obauerunt, ad quos iusti sunt missi, quanto minus isti, ad quos nemo est destinatus?

r *Esaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro?* Quis credit quod auditum a nobis, vel quod nos a te, vt alij annuntiauerimus, audiuimus.

s *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Hic responsio Apostoli.

t *Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem.* Etiam ante illos audisse confirmat.

u *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Vult hoc testimonium per Allegoriam, vocibus intelligi prophetarum.

x *Sed dico: Nunquid Israel non cognouit?* Gentes esse vocadas ad fidem.

y *Primus Moyses dicit.* Ideo primus Moyses, quia omnes penè prophetae postea de gentium salute dixerunt.

z *Ego ad emulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam.* Antequam crederent Deum,

Jobel. 2. 8

H *Deut. 32. 6*



A

CAPVT XI.

Dico ergo: Nunquid repulit Deus populum suum? Absit. Quia satis illos humiliauerat, modò quasi bonus doctor consolatur eos, ne illos nimium exacerbare videretur. Non omnes ait repulit, nec semper, nisi quamdiu non credunt.

b ¶ Nam & ego Israelita sum. Si omnes repulisset, me non suscepisset.

c ¶ Et semine Abraham de tribu Benjamin. Non ex semine profelytorum.

d ¶ Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. Illam plebem non repulit, quam præsciuit esse credituram.

e ¶ An nescitis in Elia quid dicit scriptura. In Regum libro, ubi scriptum est de Elia.

f ¶ Quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel. Gentibus superbiam tollit, ne glorientur quod ex Iudæis paucissimi crediderunt, & ipsi soli remanserunt Deo.

g ¶ Domine, prophetas tuos occiderunt, &c. Omnes prophetae illa tantummodo sciebant, quæ illis fuissent à domino reuelata. Vnde & rex Hieremiam dubiè interrogat, si in ea hora qua cù illo loquebatur, apud eum sermo domini haberetur. Sed & Eliseus dicit. Quomodo hæc dominus abscondit à me? Ita ergo & Elias hoc loco, præter se, esse alios qui Deum colerent, ignorauit.

h ¶ Sed quid dicit illi diuinum responsum, &c. Si propheta tanti latuerunt, quanto magis vos nescitis, quam multi Iudæorum & saluati sunt, & saluandi.

i ¶ Qui non curuauerunt genua ante Baal. Non solum immolando, idolis seruitur, sed etiam delinquendo. Si enim Deus factis negatur, vtique & damones honorantur.

k ¶ Sic ergo in hoc tempore. Sicut ergo tunc non omnes perierunt, ita & nunc aliquanti saluantur.

l ¶ Reliquia secundum electionem gratiæ Dei salua facta sunt. Electio gratiæ, fides est, sicut opera electi legis. Caterum quæ electio, ubi nulla diuersitas meritorum?

m ¶ Si autem gratia, &c. Ne dicerent illi, de quibus Elia dicitur. Iusti erant, isti verò peccatores, quomodo electi sunt, subiecit: quia & ipsi gratis saluati sunt, sicut & gentes.

n ¶ Alioquin gratia, &c. Quia gratuitum munus appellatur.

o ¶ Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Ideo Israel totus non est consecutus iustitiam: quia eam non ex fide quærebat, sed ex solis operibus legis se iustificari putabat, cum maximè legis mandata contemneret. Vnde à Salvatore arguitur: Culicem liquantes, & Camelum glutientes. Item propterea hoc dicit, quia Iudæorum erant promissiones, per quas venturus erat Christus saluare eos à suis peccatis: sed quia venit, & non crediderunt, ideo dicit, Israel non consecutus.

p ¶ Electio autem consecuta est. Qui per fidem electi sunt.

q ¶ Cateri verò, &c. Cateri per infidelitatem ex cæcati sunt, sicut scriptum est. Nisi credideritis, non intelligetis.

r ¶ Sicut scriptum est. Dedit illis Deus, &c. In Esaia. Ante hominem vita & mors, quod placuerit ei, dabitur illi, ne libertas scilicet tollatur arbitrij. Dei ergo dare, permittere est. Spiritum autem compunctionis, quem desiderabant. Semper enim verbis Dei fuerunt increduli: nam si voluissent habere spiritum fidei accepissent. Sed & nunc Christiani qui de resurre-

ctione dubitant, & præmio ac gehenna, simul sibi spiritum quaerunt. Hoc enim loco propheta de infidelibus loquitur. Diuina scriptura hoc habet cù vnusquisque habeat, libertate facienda bonum vel malum, Deum dicat tradere aut dare: propterea quia ipse est qui dedit libertatem. Hæc enim facit eius patientia, quia non statim peccantibus inferet vindictam, nec bonis præmia.

CAPVT XI.

Dico ergo: Nunquid Deus repulit populum suum. Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt; & ego relictus sum solus, & quæerunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui millia septem mihi virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, cæteri verò ex cæcati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis Deus spiritum compunctionis; oculos vt non videant; & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem. Et Dauid dixit. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captiorem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo: Nunquid sic offenderunt, vt caderent? Absit. Sed illorum delictum, salus est gentibus, vt illos æmulentur. Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus, quamdiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad æmulandum præuocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?

¶ Vsq; in hodiernam diem. Vsq; quo conuertantur, sicut de velamine cordis, ad Corinthios dicit.

¶ Et Dauid dicit, &c. Aliter, semper incurua onera peccatorum, vt non dimittantur nisi crediderint, quia in passione Christi beati sunt, pascha comedentes. Hoc. n. de illis prophetatur, qui Saluatore acetō & selle potarunt, & tamē ipsi dicit Petrus, Et nunc scio quia per ignorantiam fecistis hoc: penitenti enim ergo, & baptizetur vnusquisque vestrum. Et ipse Paulus post modicū ait. Et illi non permanserunt in incredulitate, inferretur, vt sciamus, quia spiritus compunctionis facultatē illis non abstulit cōuertendi. Deniq; statim ipse soluit in sequentibus verbis. Item sacer dotes cum arbitrantur, quod si Christum interfecerint, haberent semper mensam sacrificiorū & decimarum, facta est illis in laqueū. Perdiderunt enim templum in quo vanam spem habuerunt, & nunc sunt inter gentes maledicti.

¶ Dico ergo: Nunquid sic offenderunt. Modo iterum partem reuelat Iudæorum.

¶ Vt caderent. Absit. Non penitus & iremediabiliter ceciderunt.

¶ Sed illorum delictum salus est gentibus, &c. Vique adeo illos dilexit, vt propter salutem illorum gentes vocarentur, quod eas videntes ad regnum Dei admitti, vel sic facilius conuerterentur. Item, quia dispensatio Dei ita fuit, vt per mortem Christi, omne genus humanum saluaretur, sicut ipse dominus dicit. Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham, ideo dicit. Sed illorum delictum salus gentium: dicens autem. Vt illos æmulentur, ostendit, quia nisi gentes Christo credidissent, reliquæ illorum nunquam saluatae fuissent.

¶ Quid si delictum, &c. Si delictum eorum tantum vobis profuit, vt sine operibus legis, vos illis faceret coherere, & si pauci eorum credentes, omnes vos ad salutem vocarunt: quanto magis si omnes crediderunt, prodesse poterant vobis per doctrinam?

¶ Vobis enim dico gentibus. Vult ostendere ad Iudæorum salutem magno perē festinare.

¶ Quam diu quidem ego sum gentium Apostolus, &c. Quam diu fuero in corpore constitutus, honorificabo ministerium nostrum, dum exemplo meo, plures eorum saluare contendo.

¶ Si quomodo ad æmulandum præuocem, &c. Vt omni modo talem me exhibeam, vt me desideret imitari.

¶ Et saluos faciam aliquos ex illis. Vel aliquantos, quia nolunt omnes.

¶ Si enim amissio, &c. Repetit quod dixerat superius.

¶ Quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Vnde gentibus assumptio, nisi ex illorum viuere morte? Ex Iudæis mortuis Christus vel Apostoli vita fuerunt gentibus. Siue si quos inde liberauero, ad vestram proficiunt vitam. Item hoc dicit; quoniam sicut gentes per fidem assumptæ sunt, ita etiam Iudæi si crediderint, ex mortuis ad vitam transibunt.

¶ Quod

4. Reg. 4. c

B

Matt. 23. c

Esaï. 7. b

C

Gal. 6.

Act. 3. c

Rom. 11. c

D

102. c

a ¶ Quod

D. HIERONIMUS
TOM. VI. 7. 8

E a ¶ *Quod si delibatio sancta est, & massa.* Si illi qui pauci ex eis crediderunt sancti sunt, & omnes si credant. Hic primitias, Christum dicit: massam autem populum Hebræorum, à quibus Christus secundum carnem est.

b ¶ *Et si radix sancta, & rami.* Radix, Patriarchæ, rami, Apostoli, hoc est, & primi & nouissimi sancti ex ipsis sunt. Item, hoc loco radicem, Abraham significat, quoniam propter fidem, pater multarum gentium vocatur. Ramos verò posteros eius, fidem similiter retinètes.

c ¶ *Quod si aliqui ex ramis fracti sunt.* Non propter te fracti sunt, sed propter illos tu inferus es, quia illi fracti sunt.

d ¶ *Tu autem cum oleaster, &c.* Olea quidem, sed inculta atq; siluestris. Item hoc loco contra naturam gentilem populū in fructum dicit in radice, hoc est, in fide Patriarcharū, & non secundum naturam arborū quasi insertū proprii generis fructum ferre, sed bonitatem radicis sequi, in quam insertus es.

e ¶ *Et socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es.* Radicis patrum, pinguedinis Christi.

f ¶ *Noli gloriari aduersus ramos, &c.* Noli de illorū perditione gaudere, alioquin audies quod non illi per te stant, sed tu per illos. Nec tu illis vitam præstas, sed illi tibi.

g ¶ *Dicis ergo, &c.* Tu dicis idem illos fractos, vt tu inferaris. Videamus, si propterea, & non magis propter incredulitatem suam ceciderunt.

h ¶ *Tu autē fide sta.* Non enim Deus personam tuā acciperet, & illos sine causa projiceret.

i ¶ *Noli altum sapere, sed time.* Quidam hunc locum non intelligentes, nec attendentes causam vel personas, de qua, & de quibus loquitur Apostolus, putant hic sapientiā esse prohibitam. Quod si ita est, secundum illos, inuenietur sibi ipse contrarius: qui hic vetat, quod alibi, vt Ephesij & caeteri accipiunt, magnis supplicationibus ad dominum deprecatur. Noli ergo altum sapere, hoc est, noli contra eos esse superbus.

k ¶ *Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat.* Si illis non pepercit propter incredulitatem, qui ex radice sancta sunt, multo minus tibi, si peccaueris.

l ¶ *Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei.* Contra eos qui alium Deum iustum, alium asserunt bonum. Et contra eos qui negant Deum in peccantibus vindicare.

m ¶ *In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, &c.* Quia & illi iustè fracti sunt, & tu clementer insertus es.

n ¶ *Si permanferis in bonitate.* In fide quæ tibi Dei bonitate collata est.

o ¶ *Alioquin & tu excideris, &c.* Sin verò, & tu seueritatem senties, & illi bonitatem.

p ¶ *Potens est enim Deus iterum inserere illos.* Apud homines quidem, impossibile est aridos furculos reformare, apud Deum omnia possibilia & facilia sunt.

q ¶ *Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro.* Quia iam olim patres eorum naturalem legē obliui, degenerauerant à natura, & per successiones peccandi, eòsuetudine permanente, quasi naturaliter amari, & infructuosi esse cœperunt. Item hoc loco contra naturam gentilem populū in fructum dicit in radice, hoc est, in fide Patriarcharū, & non secundum naturam arborum quasi insertum, proprii generis fructum ferre, sed bonitatem radicis sequi, in quam insertus est.

r ¶ *Et contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis*

hi qui secundum naturam inserentur sue oliuæ. Contra naturam est oliuæ inserere oleastrum: quia magis ramus solet vim radicis imitari, quam radix ramorum in suam vertere, qualitatem.

s ¶ *Nolo enim vos ignorare fratres.* Hoc totum contra illos ne superbiant gentes.

t ¶ *Mysterium hoc.* Arcanum quod hominibus ignotum est, quare saluare sunt gentes: quia occasione eis salutis etiam cæcitas præstiterit Israel.

u ¶ *Vt non sitis vobismet ipsis sapientes.* Ne secundum humanam sapientiam dicatis. Nos Deus elegit, & illos abiecit.

x ¶ *Quia cæcitas ex parte contigit in Israel.* In tantum Israel & delicta & perfidia occuparunt, vt veniret tempus, quo gentes omnes admitterentur ad vitam: & ita omnis Israel per fidem solam saluaretur, quomodo gentium plenitudo vita æquales essent in Christo, quia inæquales fuerant in delictis.

y ¶ *Donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Tam diu permanit, donec gentes saluata viderent, quod oēs vocati sunt ad salutem, siue ex Iuda & Israel, & lege scilicet. Item hoc ostendit quoniā intrante in fidē Christi gentiū supplemento, tunc zelo & emulatione permoti, reliqui populi Iudæorum, credentes in Christo salui fiant. Præponit autem interdū Apostolus gentes, populo Hebræorū in fide, eā ratione: quoniam etiā si aliquanti ex illis Christo crediderant, tamen legis Mosaicæ adhuc præcepta seruabant. Vnde & ipsi postea ex iplo gentium, Christianam fidem integrè custodire cœperunt. Non enim pro multitudine, plenitudinem dicit, sed quia repleti sunt à Domino nostro, sicut & ipse ait Paulus de credentibus. Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet.

z ¶ *Sicut scriptum est, &c.* Quidam hæc omnia futura existimant. Quibus respondendū est: Ergo & hoc testimonium, Veniet ex Sion qui eripiat Israel, adhuc futurū est, vt rursum Christus adueniat liberare, & à Deo pro tēpore ex cæcati sunt, & nō semetipsis quid de illis, quomodo pereunt, nō credentes.

a ¶ *Et hoc illi à me testamentum cum abstulero peccata eorum.* Testamentum nouum quod promisit Hieremias, quod non nisi noui abolitis peccatis accipient.

b ¶ *Secundū, &c.* Inimici mihi sunt, propter quæ vobis prædico, Christū prohibentes non gentibus loqui vt salui fiant.

c ¶ *Secundum electionem autem charissimi propter patres.* Si autem credant, charissimi sunt dupliciter commendati.

d ¶ *Sine penitentia enim sunt dona & vocatio Dei.* Si crediderint, non illis poterunt imputari peccata: quia dominum nō pœnitet Abraham semen promississe. Siue illi sine afflictione pœnitentiæ si crediderint, saluabuntur.

e ¶ *Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo.* Quando adhuc illi credebant.

f ¶ *Nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum.* Non vestro merito.

g ¶ *Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam.* Misericordia gentium. Christus est.

h ¶ *Vt & ipsi misericordiam consequantur.* Intantum non crediderunt, vt & ipsi operibus suis non iustificentur, sed misericordia, sicut & vos.

G

H

Hiere. 31.



A

a ¶ Conclufit enim Deus omnia in incredulitate. Non vi conclufit, fed ratione conclufit, quos inuenit in incredulitate, hoc eft, Iudeos omnes & gentes hic conclufit: quia antea Iudaei peccatores tantum erant, non etiam perfidi: poftquam autem Chriftum non crediderunt, gentibus funt aequales: & omnes fimiliter mifericordiam confequuntur.

b ¶ Vt omnium miferetur. Hac de caufa.

c ¶ O altitudo diuitiarum fapientiae, &c.] Laudat fapientiam Dei: qui tam diu expectauit fecundum praefcientiam, donec oes mifericordia indigerent: vt omnibus de falfa iactantia operum gloria tolleretur.

d ¶ Quam incomprehenfibilis funt iudicia eius, & inueftigabiles viae eius.] Iudicia Dei abyffus multa. Aliqui enim comprehendere non poliunt.

e ¶ Quis enim cognouit fenfum domini? Ante nemo cognouit: nam in praefenti ipfe Paulus vtiq; fiebat, qui alijs oftendebat. Nos autem fenfum domini habemus. Siue legem ipfius per fe nemo cognouit: & nemo peculiari Deo confabulatione inftitutus, doctina non indiget legis.

f ¶ Aut quis confiliarius eius fuit? Vt eius nouerit facramenta.

g ¶ Aut quis prior, &c.] Quis fecit aliquid boni, & non Dei mifericordiam glorificet, fed fuo fe merito recepiffe gloriatur.

Psal. 35.

B

h ¶ Quoniam ex ipfo, &c.] Ab ipfo omnis creatura accepit initium, & per ipfum regitur, & in ipfo omnia concluduntur, nec ipfe continetur ab vilo.

i ¶ Ipfi honor & gloria, &c.] Ipfe folus glorificandus eft, cuius eft etiam quod fumus & viuimus, ac mouemur. Simul etiam contra Arianos facit hic locus, cum dicitur Deus id effe, ex quo omnia, & per quem omnia facta effe monftantur: fi quidem omnia per verbum in principio facta, Euangelifta fignauit. Et quod de filio Euangelifta teftatur, hoc Apoftolus per vnitatis myfterium, de patre intelligendum edocet credendum.

CAPVT XII.

O bsecro itaque vos fratres.] Quia de fenfu domini dixerat: modo dicit quales fe exhibere debeant, vt fenfum domini habere mereantur. Hucusque de dogmatibus dicit: hinc iam moralia docet.

l ¶ Per mifericordiam Dei.] Qua magis nihil eft, per quam liberati fumus.

m ¶ Vt exhibeatis corpora uefta.] Quanto magis animam, non animalium, ficut in lege, quae tamen licet in figura fuerint, immaculata offerebantur & vna.

n ¶ Hoftiam viuentem, sanctam.] Hoc eft, caftam & alienam ab omni morte peccati.

o ¶ Deo placentem.] Domino, non hominibus tantum placente, fiue talis ei placet hoftia.

p ¶ Rationabile obfequium ueftum.] Omne opus bonum tunc placet Deo, fi rationabiliter fiat. Nam mercede priuatur, vt puta, fi quis hominum caufa ieiunat, bonum obfequium infipienter facit: ita & de omnibus adiacentibus sentiendum eft.

q ¶ Et nolite conformari, &c.] Nolite fimiles effe filijs mundi, quia facti eftis filij Dei: fed renouate fenfum ueftum, per quem regitur corpus, & omnia membra diriguntur, vt etiam

corporis actus non fiant, quo poffitis voluntate Dei & fenfum eius agnofcere. Hac n. non nifi nouo fenfui reuelantur.

r ¶ Bona, & bene, &c.] Hoc eft, quod bonum fit melius, & optimum.

s ¶ Dico enim per gratiam, &c.] Prohibet vsum humanae fapientiae quae praeter legem eft: non fenfu proprio loqui fe dicit, fed auctoritate gratiae Dei.

t ¶ Omnibus qui funt, &c.] Qui funt facerdores fiue doctores, quorum caeteri fequuntur exemplum.

u ¶ Non plus fapere, quam oportet fapere, &c.] Plus vult fapere, qui illa feruat, quae lex non dicit. Vnde & Salomon ait. Altiora te ne quaefieris: & maiora te ne frueris: fed quae praecipit tibi Deus, illa cogita femper.

x ¶ Et vnicique ficut, &c.] Notandum quod Deum dicit Spiritum sanctum, quomodo ad Corinthios ait, dona diuidere fingulis prout vult.

y ¶ Mefuram fidei.] Mefura fidei, virtutis intelligenda eft gratia, quam non nifi fideles accipiunt.

z ¶ Sicut enim & in, &c.] Per comparationem corporis, eos ad corcordiam cohortatur, ne vel hinc moueatur, quia dona accipere diuerfa: non enim poterant omnia habere finguli, ne fuperbiret nullius egentes: nec omnes eade, vt corporis Chrifti fimilitudo in nobis monftretur. Item quod dicit in vno corpore multa membra, propter diuerfitatem officiorum dicit. Non enim potest oculus audire, nec auris videre, & fic caetera intelligenda.

a ¶ Singuli autem alter alterius membra.] Vt praestando alterutrum quod habemus, magis ac

magis charitas in nobis confirmetur.

b ¶ Habentes autem donationes fecundum gratiam, quae data eft nobis differentes.] Donum non ex noftro, fed ex donantis arbitrio pendet. Et omnibus quidem credentibus gloria promittitur in futuro, fed qui tam mundum cor habuerit, vt hoc mereatur, gratiam virtutum accipit etiam in praefenti.

c ¶ Siue prophetiam fecundum rationem fidei.] Fidei, non legis: fiue quia fides illa meretur. Vnusquisque enim tantum accipit, quantum credit. Item fecundum fidem quae vnicique a Deo data eft atque concessa.

d ¶ Siue ministerium in ministrando.] Ministerium facerdotalis, vel diaconatus officij.

e ¶ Siue qui docet in doctrina, qui exhortatur, &c.] Qui docet, maior eft eo qui exhortatur. Exhortari enim pro viribus fuis poffunt, etiam minus periti. Notandum sane quod tertio tantum pofuerit, fiue quod quare fecerit, fpiritualis debet lector agnofcere.

f ¶ Qui tribuit in fimplicitate.] Omnibus fimpliciter largitur, cunctos credens bonos effe, & indigere quae petunt.

g ¶ Qui praest in follicitudine.] Qui praest Ecclefae vel fratribus, debet eiffe follicitus.

h ¶ Qui miferetur in hilaritate.] Maxime circa aegrotos mifericordiam exhibendo. Siue mifericordiae titulus generalis eft, qui circa omnes placido exhibendus eft animo. Hilararem enim datorem diligit Deus, & tristem fine dubio odit: quia melius eft verbum bonum super datum optimum.

i ¶ Dilectio fine simulatione, &c.] Tota puritas debet eiffe in Chriftianis, ficut Deus pura lux eft. Fingere enim feruorum

C

Ecl. 3. 1

1. Cor. 12. 1

D

1. Cor. 9. 6



rum est. Et diligamus non lingua tantum, sed opere & veritate. Ita etiam si necesse fuerit, pro iniuicem moriamur.

a ¶ *Charitatem fraternitatis iniuicem diligentes.* Ita vos diligite, quali ex vna matre generati.

b ¶ *Honore iniuicem praeuenientes.* ¶ & charitatem & patientiam tenemus: sicut alibi ait. Alter alterutrum maiorem aestimantes. Si enim nos omnibus minores iudicauerimus, nec vltro alicui iniuriam faceremus: nec illatam nobis grauiter deputaremus.

c ¶ *Sollicitudine non pigri.* ¶ Ne per sollicitudinem saeculi, pigri in Dei opere efficiamini & inertes.

d ¶ *Spiritu seruentes.* ¶ Quia frigidus dominus non amat, & in tepidis nauscat. Tunc plane spiritu feruemus si saeculo frigidi sumus.

e ¶ *Dominio seruentes.* ¶ Non saeculo: neq; vicio, sed Deo.

f ¶ *Spe gaudentes.* ¶ Spe non praesenti. Spes enim quae videtur, non est spes.

g ¶ *In tribulatione patientes.* ¶ Propter gaudium spei futurae, omnia sustinete: sicut ait: Omnes gaudium existimate.

h ¶ *Orationi instantes.* ¶ Instantia orationis nobis praestet auxilium in aduersis.

i ¶ *Necessitatibus sanctorum communicantes.* ¶ Ministrate eis qui propter Christum, sua omnia contempnentes, alienis ad tempus indigent ministris. Quidam codices habent, Memorijs sanctorum communicantes: quod ita intelligitur, quod meminere, in quibus sancti, vel quibus operibus, promeruerint Deum, vt participes eorum fiant imitantes semper. Deniq; sequitur.

k ¶ *Hospitalitatem sectantes.* ¶ Quia & hoc sancti fecerunt: sicut Abraham, sicut Lot, qui etiam inuitos hospites detinebant: de qua dicitur. Per hanc enim quidam Deo placuerunt angelis hospitio receptis.

l ¶ *Benedicite persequentibus vos, benedicite.* ¶ Ne putaremus vtriusq; nos facere debere. Ait enim & B. Petrus: *Neg, maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes.*

m ¶ *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* ¶ Vt si quid patitur vnum membrum, compatiatur omnia membra. Sicut Iob ait: Si non ingemui vel lacrymatus sum, cum viderem homines in necessitate. Et dominus fletibus Mariae, ad fletum prouocatur, vt nobis daret exemplum. Nec enim pro Lazaro quem erat suscitaturus, fleuisse credendus est: nec propter incredulitatem illorum, qui ei saepe non crediderunt mirabilia facienti. Nos autem iam peruerso modo flemus cum gaudentibus, & gaudemus cum flentibus. Si quis enim laudatus fuerit, contristamur: si quis ceciderit, exultamus. Vnde ostendimus nos qui talia facimus, de corpore Christi non esse, qui non dolemus de vno membro praeciso: sed inimicifimus partis nostrae, & amici partis aduersae: qui non dolemus de acie nostra viros fortissimos corruentes: nec gaudemus, si videamus eos fortiter dimicantes: quamuis ipsam validi non simus ad pugnandum.

n ¶ *Id ipsum iniuicem sentientes.* ¶ Vt ita alteri sentiat, sicut vobismetipsis.

o ¶ *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* ¶ Superba sapit iste, qui suam per se vlcis cupit iniuriam: & non humilibus rebus, id est, humilitate consentit.

p ¶ *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.* ¶ Nolite in humana sapientia gloriari, sed stulti estote saeculo, vt sitis domino sapientes: sicut scriptum est. *Beatus homo quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum.*

q ¶ *Nulli malum pro malo reddentes.* ¶ Humana sapientia est, si quaeramus vicem reddere inimicis. Stultitia enim est in hoc saeculo, si percipienti & aliam maxillam praebere volueris. Quod si tanta patientiae & humilitatis fueris: non solum apud dominum, sed & apud omnes homines poteris probabilis apparere.

r ¶ *Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* ¶ Tantum caue ne ideo facias, vt non Deo, sed solis hominibus placere desideres.

s ¶ *Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habetes.* ¶ Quod vestrum est, vos cum omnibus pacem habetote: & dicite cum propheta. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: optantes scilicet conuersionem eorum atque salutem, sicut quae vobis fieri possit.*

t ¶ *Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae.* ¶ Aut fugiendo, aut permittendo nocere.

v ¶ *Scriptum est enim: Mihi vindictam.* ¶ Ego quasi meam, dicit dominus, non quasi vestram iniuriam vindicabo: quoniam dicit propheta. *Qui vult tangit, tanquam qui tangit pupillam oculi ipsius.*

x ¶ *Ego retribuam dicit dominus.* ¶ Facientibus bona, retribuere promittit.

y ¶ *Sed & si esurrit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.* ¶ Noli illi negare, quod Deus nulli negat: quamuis sit blasphemus & impius.

z ¶ *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* ¶ Vt cum sibi carbones intellexerit per suam indebitam misericordiam congregari, excutiat eos: hoc est, conuertatur, & diligat te, quem habuerat aliquando perosum. Ceterum non est misericordia, sed crudelitas: si ideo eam facias, vt illi aliquid peius eueniat: pro quo Deum praecipis deprecari. Item hoc loco docet nos imitari Deum debere, qui solem suum orti facit super bonos & malos. Cibando enim inimicum & potando, eum ad pacem vel reconciliationem prouocamus: vt si ille in malitia persistit, ignem suo congerit capiti.

a ¶ *Noli vinci malo, sed vince in bono malo.* ¶ Ille dicitur vicisse alterum, qui eum ad suam duxerit partem, sicut haereticum vel paganum. Si ergo te fecerit sibi vicem reddere, ille te vincit, sibi similem te faciendo: si autem per patientiam tuam feceris eum cessare ab iniuria, tu vicisti.

CAPVT XIII.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Hae causa aduersus illos prolata est, qui se putabant ita habere libertatem Christianam, vt aut nulli honorem deferrent, aut tributa dependerent. Quocumq; ergo modo eos humiliare desiderat: ne forte propter superbiam, magis quam propter Deum contumeliam patiantur. Ideoq; docet illos humilitate tempus redimere. Aliter: quod sublimiores potestates, ecclesiasticae dignitates intelligantur.

c ¶ *Non est enim potestas nisi a Deo.* ¶ Et quomodo deus dicit per prophetam: Regnauerunt, & non ex me?

d ¶ *Quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt.* ¶ Si de saeculi potestatibus dicere videatur, non ideo iuste erunt, etiam si a Deo exordium acceperunt. Secundum desiderium vniuersi que dantur. Nam dicit Salomon: *Quoniam data est nobis potestas a Deo. Sed cum essetis ministri regni illius, non recte iudicatis.* Horrende & cito apparebit vobis, & cetera. Constituitur enim a Deo vt iuste iudicet: & vt peccatores habeant, quod timeant, ne peccent.

e ¶ *Itaque qui resistit potestati, & cetera.* ¶ Sicut ad Rahab dicitur:

Luc. 11. a

F

1. Pet. 2. b

Ioan. 11.

Psal. 99. b

Psal. 119. b

Zach. 2. c

H

Sap. 6. b

A

Qui exierit foras, ipse sibi reus erit.

a ¶ Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Malus debet timere potestatem, nam bonus non habet quod timeat, qui si iniuste occiditur, gaudet.

b ¶ Vis autem non timere potestatem? Accipe consilium meum, & nunquam timebis.

c ¶ Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Ipsa damnatio malorum, laus est bonorum.

d ¶ Dei enim minister est tibi in bonum: si autem, &c. Qui pro tua sollicitus est quiete. Item hic dicitur: Minister est tibi boni causa, ostendit in his quae recta sunt iudicibus obediendum, non in illis quae religioni contraria sunt.

e ¶ Nō enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est. Et in te habet officium, si peccaveris: nec tibi proficit ad mercedem. Sive sacerdotes gladium spiritualem portant: sicut Petrus percussit Ananiam & Sapphiram, & Paulus Magum.

Aff. 5. 3. b
6. 1. a

f ¶ Vindex in iram ei qui malum agit. Quia Deus non diligit malos: qui odit omnes qui operantur iniquitatem.

g ¶ Ideo, necessitate subditi estote: non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Non solum quia possunt potestates etiā sine causa irasci, sed & ne propter alicuius peccati conscientiam condemnemini. Sive non solum, ne irascantur sacerdotes, sed etiam quia sanctis illis & iustis honorem debetis. Item malum agentes & contra praecepta viuentes, propter vindictam subditi sunt potestatibus: recte autem viuentes propter conscientiam subditi sunt, quia bona & iusta sunt quae iubentur.

h ¶ Ideo enim & tributa praestatis, &c. Possunt & tributa sacerdotum intelligi, quae illis à Deo sunt constituta. Sive ideo regibus tributa praestatis: quia voluistis possidendo saeculo esse subiecti. Ministros autem Dei illos appellat: ut vel sic eis reddant, quod eis debebant, ne videretur Christus superbiam docuisse.

i ¶ Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum. Potestatem eleemosyna debitum appellari. Dicit scriptura: Inclina pauperi aurem tuam, & reddo debitum tuum.

Ecl. 4. d

k ¶ Cui vectigal, vectigal. Vectigal nostrum est, ut transeuntibus donemus: vel nos transeuntes sedentibus ad viam, & inde venientibus largiamur.

2. sol. 17.

l ¶ Cui timorem, timorem. Quomodo ergo scriptum est alibi: Praeter Deum neminem esse timendum? Sed sic, inquit, age ut neminem timeas. Timor enim Dei, timorem expellit humanum. Sed quoniam causas adhuc timoris habetis, necesse est ut timeatis.

m ¶ Cui honorem, honorem. Etiam timorem maioribus, honorem tantum aequalibus.

n ¶ Nemini quicquam debeatis. Praeclare dixit Apostolus, reddenda unicuique: quae debentur, sola tantum dilectione nos inuicem obnoxios debere. Si autem semper fratribus debuerimus, dilectionem seruemus, ut perpetuae charitati connectamur. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces: & si quid est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Item nemini debitum non reddatis.

o ¶ Nisi ut inuicem diligatis. Hoc solum semper debet manere, quod nunquam perfolui potest.

p ¶ Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Secundum domini parabolam, sine discretione cunctis misericordiam

fieri iubentis, omnis homo proximus esse censendus est. Item dilectionem ideo praemisit: quia fidelibus scribebat, & de iustitia conuersione tractabat.

q ¶ Nam non adulterabis, &c. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Recapitulatur omnis iustitia in proximi dilectione, & iniustitia nascitur, dum plus ceteris nos amamus. Qui enim sicut se diligit proximum: non solum illi malum non facit, sed etiam bonum facit, quia & circa se vtrumque cupit impendi.

r ¶ Dilectio proximi, malum non operatur. Etiam bonum non facere, malum est. Nam si viderit illum fame periclitari: nonne ipse illum occidit, si ille cum affluat, non dederit victum: quamuis ei proprias non tulerit facultates? Quisque enim in quacunque necessitate succurrere morituro potest: si non fecerit, occidit.

s ¶ Plenitudo ergo legis, est dilectio. Hoc est perfectio.

t ¶ Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Hoc est, ut ad perfectiora tendatis. Non enim semper debetis esse paruuli & lactentes, sicut alibi dicit: Etenim cum deberetis magistri esse, &c. Item hortatur Apollolus, ut tenebrosa & somnitorpore depressa opera relinquentes, in lumine, hoc est, in bonis operibus ambulemus. Item de somno inertiae & ignorantiae cofurgamus: iam enim scientia lucet.

u ¶ Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Scientia proficiente propior est salus, quam quando primum credidimus.

v ¶ Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox praecessit, dies autem appropinquauit.

w ¶ Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus. Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in contentione & emulatione, sed induimini dominum Iesum Christum, carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Heb. 5. c

D

CAP.

x ¶ Nox praecessit: dies autem appropinquauit. Comparat diei scientiam, & ignorantiam nocti, secundum Osee dicentem: Nocti assimilauit matrem tuam: factus est populus meus tanquam non habens scientiam.

Osee 4. b

y ¶ Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Cum ignorantia abijciamus simul etiam opera ignorantiae, & arma lucis: hoc est, luminis opera induamur. Qui enim male agit, odit lucem: qui vero facit veritatem, venit ad lucem.

Ioan. 3.

z ¶ Sic ut in die honeste ambulemus. Sicut lux diei prohibet vnumquemque agere, quod nocte liberè committeret: ita & scientia nos prohibet legis mandata contemnere: quod sciamus nos semper à Deo videri.

a ¶ Non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs. Comestatio, est mensae collatio. Nos vero habemus spirituale conuiuium dicentes: Cum conuenitis, vnusquisque psalmum habet, &c. Ebrietatem ergo pernitiosam esse, & luxuriae materiam: ex hinc cognoscimus, quia impudicitiam subiunxit. Et alibi ait, Nolite inebriari vino in quo est luxuria.

Eph. 5. d

b ¶ Non in contentione & emulatione. Etiam contentionem & inuidiam criminiosam esse: & alijs multis probatur exemplis, dicente Iacobo: Si enim zelum amarum habetis, &c.

Iac. 3. d

c ¶ Sed induimini dominum Iesum Christum. Solus Christus videatur in vobis, non vetus homo. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, in quo omnes sunt virtutes.

d ¶ Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Sicut Salomon ait: Post concupiscentias tuas non eas. Et iterum: Si dederis concupiscentiam animae tuae, in gaudium facies te inimicis tuis venire.

Ecl. 7. d

CAPVT XIV.

Infirmum autem in fide assumite.] Hic obliquè illos increpare incipit, qui se fortes putabant, vt immoderatè carnis vescerentur. Item hic infirmos fideles dicit, qui carnes quæ in macello tunc temporis vendebantur, idololatrias esse credebant: & propter hoc sic putantes, ne polluerentur, oleribus vescerentur. Vnde præcipitur ab Apostolo: ne imperiti ita sentientes iudicent, qui habent fidem: omnia quæ in macello veniunt, sine disceptatione manducant: quoniam omnis creatura Deibona est: & nihil damnandum est eorum, quæ Deus hominibus ad edendum creauit.

b] Non in disceptationibus cogitationum.] Nolite secundum vestras cogitationes, quem lex nõ iudicat iudicare.

c] Alius enim credit se manducare omnia.] Qui tantam fidem habet, vt non moueatur aut abstinentia contractus, aut senio.

d] Qui autem infirmus est, olus manducat.] Infirmus aut ætare, aut corporis calore. Itè hic probatur: quia non de Iudæis dicitur, vt quidam putant, sed de abstinentibus. Non enim carnes secundum legem, sed sola olera manducabant. Aliter: Si iccirco tibi infirmitas anime generatur: quia alium eiusdem propositi, carnis pro sua fide veici pethorescens, forte cognoscis: noli esse iudex alterius voluntatis, nec exigere ab aliquo.

e] Vnicuique in voluntate dimissum est: sed si tibi scandalum est, & non vis carnis vesci tibi ipsi impone modum: & melius faciens, sola olera manduca. Magis vnusquisque per tuam æquanimitatem ad abstinentiam prouocetur, quam irritatus de hoc scandalizet te.

f] Magis in edendis carnis confirmetur, quod tum non potes quasi culpam in alio reprehendere, si vnusquisque aut fideliter hoc præsumit, aut fortè asperitate valetudinis, aut senectæ hoc faciat exigente.

g] Is qui manducat, non manducantem non spernat.] Habebant inter se scandala illi illos quasi carnales iudicabant, & illi illos tanquam stultos irridebant, & supersticiosos iudicabant.

h] Et qui non manducat, manducantem non iudicat: Deus enim illum assumpsit.] Ita illos Deus vocauit, vt te.

i] Tu quis es qui iudicas alienum seruum.] Cuius tui auctoritatis es, vt iudices eum, quem lex nõ iudicat: Vnde & Iacobus ait: Qui iudicat fratrem, scilicet sapienterem se, iudicat legem. Cæterum ipse Paulus contra mandatum facientes iudicauit, & alijs iudicandi tribuit facultatem. Ad eum qui fide infirmus est, sermo dirigitur, non eum debere iudicare manducantem. Omnia quæcunq; in macello veniunt: qui robustus fide est, omnia munda mundis esse cognoscit.

k] Domino suo stat aut cadit.] Siue viuunt, siue moriuntur, quia & ille propter Deum abstinet: & ille secundum Deum manducat.

l] Stabit autem potens est enim Deus statuere illum.] Deus qui tres pueros leguminibus pastor, meliores apparere fecit, quæ illos qui de mensa regis edebant, potest & illos diutius facere in corpore stare.

m] Nam alius iudicat diem, & car.] Iudæi in eis diem inter diem iudicare non poterant. Ergo de ieiunio & abstinentia dicit, quæ non sunt sub certo modo legis redacta, vt vnusquisque tantum faciat, quantum potest: quantum mercedem

habere voluerit. Vnde sequitur: Vnusquisque id faciat in tali causa, quod melius esse iudicat. Item hoc est quod dicit, aliquos esse, qui certis annis temporibus: alios esse qui omni tempore vitæ suæ ab esu carnis decreuerunt abstinentium.

CAPVT XIV.

Infirmum autem in fide assumite: **b** non in disceptationibus cogitationum. **c** Alius enim credit se manducare omnia. **d** Qui autem infirmus est, olus manducet. **e** Is qui manducat, non manducantem non spernat: **f** & qui non manducat, manducantem non iudicat. Deus enim illum assumpsit. **g** Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? **h** Domino suo stat aut cadit, **i** stabit autem. Potens est enim Deus statuere illum. **k** Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. **l** Qui sapit diem, domino sapit, **m** & qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit Deo. **n** Et qui nõ manducat, domino non manducat: & gratias agit Deo. **o** Nemo enim nostrum sibi viuunt, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus, siue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus siue morimur, domini sumus. **p** In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit: vt & viuorum & mortuorum dominetur. **q** Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? **r** Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim. Viuo ego, dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. **s** Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. **t** Nõ ergo amplius inuicem iudicemus. **v** Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. **w** Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum. **x** Si enim propter cibum, & c. **y** Lam non secundum charitatem ambulat.] Quia inuitus manducat, quod illi non expedit. Etiam non diligis proximum sicut te, si non illius vtilitatem cogitas sicut tuam.

n] Et qui non manducat, domino non manducat: & gratias agit Deo.] Quia per exemplum illius multum saluantur, & gratias referunt Deo. Qui enim voce agit gratias, solus agit: qui autem etiam in opere, in multis agit.

o] Nemo enim nostrum sibi viuunt, & nemo sibi moritur, & c.] Nemo fidelium sibi viuunt, & nemo sibi moritur: quia Christus pro omnibus mortuus est, vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed illi. Cauendū e contrario, ne nos aut nobis viuamus manducando: aut propter homines mortiamur ieiunando.

p] In hoc enim Christus, & c.] Aduentus Christi & viuos inueniet, & mortuos suscitabit. Nihil ergo refert, vtum te resuscitet, an viuum inueniat: tantum labora, vt coram eo iustus appareas.

q] Tu autem quid iudicas fratrem tuum?] Qua auctoritate quali voracem damnas?

r] Aut tu quare spernis fratrem tuum?] Quali in firmum despiciens, aut superuacue ieiunantem?

s] Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.] Tunc conscientias nostras dominus iudicabit, quid & quali voto fecerimus.

t] Scriptum est enim. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.] Hoc testimonio probatur: quia omnes soli domino reddemus nostrorum actuum rationem.

v] Itaque vnusquisque nostrum, pro se rationem reddet Deo.] De his quibus lex tacet. Cæterum si videns peccantem non arguerit, reddet etiam Deo pro eo rationem.

w] Non ergo amplius inuicem iudicemus.] Sufficit quod nunc vnusquisque fecerit.

x] Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.] Hic subtiliter ingreditur ad abstinentiam commedandam: & dicit illos abstinere debere, quamuis firmi sint, ne exemplo illorum, infirmi scandalum patiantur.

y] Scio & confido in domino Iesu: quia nihil commune per ipsum.] Non hoc ideo dico: quia putem aliquid commune esse. Per Christum enim scio omnia esse mundata. Commune enim dicitur, quicquid immundum videtur in esca Iudæorum.

z] Nisi ei qui existimat quid commune esse.] Illi per conscientiam sit commune, qui adhuc ritu Iudæico, aliquid post Christi fidem in talibus causis arbitrat immundum.

a] Si enim propter cibum, & c.] Non dixit, propter ieiunium: sed ne illum tuo exemplo aut prouoces, aut compellas.

b] Lam non secundum charitatem ambulat.] Quia inuitus manducat, quod illi non expedit. Etiam non diligis proximum sicut te, si non illius vtilitatem cogitas sicut tuam.

c] Noli

a] Noli

Iacob. 4.

Don. 2. c.

A

a ¶ Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.] Non dixit, abstinentia tua, sicut quidam volunt.

b ¶ Non ergo blasphemetur bonum nostrum.] Libertatem quam habemus in domino, ut omnia nobis munda sint, non ea ita debemus uti, ut videamur propter gulam & epulas ambulare. Sine blasphematur, si propter talia contendimus.

c ¶ Non est enim regnum Dei esca & potus.] Non per escam iustificamur. Sed & hoc notandum, quod non dixerit: ieiunium & sobrietas non est regnum Dei, sed esca & potus. Item hic manifestè monstratur, quoniam regnum cælorum cibum & potum nō habet temporalem, sed illic spiritualiter vivitur.

d ¶ Sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.] Quæ per abstinentiam facilius custoditur. Vbi verò iustitia, ibi & pax, ubi pax, ibi & gaudium spirituale: quia ex disensione semper tristitia & molestia generatur.

e ¶ Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo: & probatus est hominibus.] De tali homine nemo potest dubitare, quia sanctus est.

f ¶ Itaq; que pacis sunt, sectemur.] Ut nō inuicem nos de huiusmodi iudicemus.

g ¶ Et que adificationis sunt, inuicē custodiamus.] Sed adificatio est abstinentia. Cæterum esca etiam si neminem perdat, nullum adificat.

h ¶ Noli propter escam destruere opus Dei.] Hominem scilicet, à Deo creatum.

i ¶ Omnia quidem munda sunt.] Repetit quod superius dixerat, ne creaturam damnare videretur.

k ¶ Sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.] Ipsum mundum, illis fit malum, si per illud alterum offendant.

l ¶ Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum.] Exponit quid sit per quod offendere dicebat infirmum. Item hoc loco laudat quidem abstinentiam carnis & vini: sed multo magis admonet, propter scandalum fratris abstinendum esse à cibo & potu eorum, quæ idolis immolantur.

m ¶ Neg, in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.] Infirmatur à pudicitia. Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes.

n ¶ Tu fidem, quam habes penes te metipsum, &c.] Si in hoc fidelem te putas, sic manduca, ut nemo tuo infirmetur exemplo.

o ¶ Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.] Quia nō suam infirmitatem probando considerat, sed alterius salutem infirmi.

p ¶ Qui autem discernit si manducaverit, damnatus est.] Si quis de alio discernat & dicat, ista si manducaverit, planè damnandus est. Hoc non habet fides, & ideo sublequitur.

q ¶ Quia non ex fide.] Non est enim ex fide, si tu alium idcirco condemnas: quia te ieiunante, ille manducat. Aliter: Qui se ita diiudicat. Id ipsum enim est discretio & iudicium: quia iudicium discernendo fit, & discretio iudicando.

r ¶ Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.] Non ex fide, quæ per charitatem operatur. Quicquid ergo alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum.

CAPVT XV.

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere.] Si verè firmi estis, sic facite ut ego, qui factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacerem.

c ¶ Et non nobis placere, vnusquisque proximo suo placeat.] Non à nobis ipsis, sed à proximis collaudemur, sicut & alibi suum nobis proponit exemplum, dicens: Sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi vtile est, sed quod multis, ut salui fiant. Nemo enim potest edificare al-

terum, cui per bonam vitam nō ante placuerit. Sed & sibi placentes sunt, qui propria commoda quaerentes, suam faciunt voluntatem.

v ¶ In bonam adificationem.] Ostendit modum placendi & causam, ne ad vanam gloriam placeamus. Simul cum dicit, In bonam adificationem, ostendit malam esse, sicut est illud: Adificabitur ad manducandum idolothyra.

x ¶ Et enim Christus nō sibi placuit.] Imitatur hoc & discipulus Christi, non quaerit suum commodum. Ille enim ob aliorum salutem, etià mortuus est, & improperia amarissima supportavit, dicentium. Vbi est deus templum, & cætera.

y ¶ Sicut scriptum est. Impropria impropertium tibi ceciderunt super me.] Quæcūq; non solum Christo, sed etiam sanctis exprobrantur Dei causa, Deo impropertari dicuntur, ut est illud. Vbi est Deus tuus?

z ¶ Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.] Nihil enim scriptū est sine causa. Nam & merita vel tentationes iustorum ad nostram proficiunt adificationem: quia Deo manifestissimi erant.

a ¶ Ut per patientiam & consolationem scripturarum spēs habeamus.] Per scripturarum solatia, spem futuram patientissimè expectamus: sicut scriptum est: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum: hoc est, qui consolatione legis vtuntur, moueri vlla tentatione non possunt, ut per exempla patientiæ & consolationis eorum quæ scripta sunt, speremus consolationem etiam in præsentibus tentationibus. Magna enim causa solati est, si quæ nos patiamur, dominum nostrum Iesum Christum & sanctos eius sciamus esse perpellos.

b ¶ Deus autem patientiæ & solati.] Hoc loco Deum patientiæ, spiritum sanctum significat, qui donat nobis secundū Christum vnanimes glorificare Deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Item patientiæ eius quæ est in conuersione & solatio, non ira neque dissidio.

c ¶ Dei vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum.] Ut vnusquisque sic quaerat salutem alterius quasi suam, sicut Christus sua morte omnes saluauit à morte.

d ¶ Vt vnanimes vno ore honorificetis Deum & patrem domini nostri Iesu Christi.] Tunc verè Deus honorificatur, si vno animo & concordia voce laudatur. Si enim duo conuenerint super terram ex omni re, quæcūque petierint, fiet illis.

e ¶ Propter quod suscipite inuicem.] Propter honorem Dei inuicem onera vestra portate, sic adimplebitis legē Christi: quia nos suscepit in se, cum essemus impij. Quanto ergo magis nos inuicem, ut similes nos sustinere debemus. Iterum hic vtrumque populum ad vnitatem hortatur. Consentio vobis o iudæi, quia Christus vobis promissus ad vos venerit primum, & gentes propter misericordiam Dei vocatæ sunt, tamen vnum corpus estis effecti.

f ¶ Sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.] Siue in gloriam diuinitatis, siue propter honorem Dei.

a ¶ Dico

D. HIERONIMUS
TOM. VI. 7. 8

Ecclesi. 9. a

C

Cor. 13. c

Mar. 13. c

Psal. 47.

D

Psal. 118.

E

a ¶ Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei. [Hic ostendit, quoniam, secundum carnem Christus, iuxta promissiones patrum ex ipso natus sit, ut precepta legis impleret. Item non venerat ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.]

Mat. 29. d

b ¶ Ad confirmandas promissiones patrum. [Quia illis promiserat Christus, sicut ipse dicit: Non veni nisi ad oves perditas domus Israel.]

Mat. 23. d

c ¶ Gentes autem super misericordia honorare Deum. [Cui enim plus dimittitur, plus diligit.]

Mat. 7. 8

d ¶ Sicut scriptum est. Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nominis tuo cantabo. [Tulit Iudæis arrogantiam, dum gentium salutem doceret esse prædictam, quamvis non fuerit nuntius ipse Christus in gentibus. Confitebor eos misericordiam consecutos: quia & ipsi sunt in corpore eius.]

e ¶ Et iterum dicit: Latamini gentes cum plebe eius. [Qui cum ipsis estis ad salutem adducti.]

f ¶ Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursum Esaias ait: Et radix Iesse, Iesse pater fuit David, de cuius femine, id est, Maria, natus est Christus.]

Gen. 49. b

g ¶ Et qui exurgeat regere gentes, in eum gentes sperabunt. [Non de proselytis allertit, sed & illud huic loco simile est. Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de femoribus eius. Vnde probatur verè iam venisse Christum, in quo omnes gentes sperare manifestum est.]

F

h ¶ Deus autem spei. [In quo omnes speramus, hoc ostendit quomodo Deus absque virtute spiritus sancti, non replet aliquando nationem gratia: quoniam unum donum est patris & spiritus sancti.]

i ¶ Repleat vos omni gaudio & pace. [Pax fidelium, in spe debet esse futura. Et ibi omne gaudium, ubi pax est. Nullum verò in dissensione gaudium, sed universa mœstitia.]

k ¶ Incredendo ut abundetis in spe & virtute spiritus sancti. [Abundantia, in spe, in spiritu, virtutibus consistit & signis.]

l ¶ Certus sum autem fratres, & cæter. [Bonus doctor laudando prouocat ad profectum, ut erubescant tales non esse, quales ab Apostolo putantur.]

m ¶ Quoniam ipsi pleni estis dilectione. [Prouidit ne vnquam contentiosius dura increpasse videatur. Vel dissidentes aut stultos ostendit Christianos semper alterutrum monere debere.]

n ¶ Repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. [Hoc est, noui & veteris testamenti.]

o ¶ Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte. [Imò ideo magis scribendi fiduciam habui, quia noui vos ut prudentes cito accipere rationem: sicut scriptum est. Argue sapientem, & amabit te. Item hoc loco ait humilians se Apostolus loquitur, aut certè quoniam habentibus iam prædicationem Petri ipse audeat prædicare.]

Prou. 9. b

p ¶ Tanquam in memoriam vos reducens. [Recordans vos esse prudentes siue non ignaros, non doceo, sed commoneo ut scientes.]

G

q ¶ Propter gratiam, & c. [Non propter munera terrena vel laudem, sed ut impleam officium quod accepi.]

r ¶ Ut sim minister Christi Iesu in gentibus. [Seruiens euangelio, hoc est, reuocans ei seruos quosdam fugitiuos.]

s ¶ Sanctificans euangelium Dei. [Meo exemplo sanctum esse demonstrans, quod cum tanto timore perficio. Quidam enim ut humanum cõtemnunt, quòd prædicant ut diuinum: & ita fit ut res sancta videatur esse non sancta, cum non perficitur sanctè. Vnde dicitur. Sanctificate ieiunium, id est sanctum facite siue monstrate.]

1. Cor. 2. d

t ¶ Ut fiat oblatio gentium, & c. [Ut exemplo meo gentes efficiatur hostia Deo accepta, non igni sanctificata vel suscepta, sed spiritu sancto, sicut scriptum est. Quia se dicit super apostolos quasi ignis, & vitæ sunt eis variæ linguæ.]

1. Cor. 1. d

v ¶ Habeo igitur gloriam Christi Iesu ad Deum. [Qui gloria, in domino gloriatur. Gloriam habeo apud Deum, licet apud homines infamer & maculet.]

x ¶ Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientia gentium. [Hic ostendit Christi & spiritus sancti, vnam esse potentiam atque virtutem. Item non ausus sum aliquid dicere me in his duntaxat rebus propria virtute fecisse, & non omnia per me esse Deum operatum.]

H

y ¶ Verbo & factis in virtute, & c. [Hoc est doctrina & signis. Non enim de operibus hic, sed de virtutibus loquebatur.]

z ¶ In virtute spiritus sancti. [Vnam esse virtutem atque potentiam.]

a ¶ Ita ut ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum, & c. [Repletur euangelium, cum etiam gentes credunt.]

b ¶ Sic autem hoc predicauit euangelium, & c. [Non omnis qui super alienum fundamentum ædificat, malè facit: sed si ædificet aurum & cætera. Hic pseudoapostolos tangit, qui semper ad eos qui iam crediderat, ibant: & nunquam ad gentes: quia non poterant virtutes operari. Et ostendit perfectè se laborasse, qui & fundamentum posuit, & ædificium superstruxit.]

Esa. 52. d

c ¶ Sicut scriptum est. [In Esaia. Ostendit suum laborem iam ante fuisse prædictum.]

d ¶ Quoniam quibus non est annuntiatum de eo videbunt, & qui non audierunt, intelligent. [Ostendit Christus in apostolis, & per virtutes quæ in eius nomine fiebant.]

e ¶ Propter quod & impediabar plurimum venire ad vos. [Exposuit illud quod in capite dixerat.]

f ¶ Sed prohibitus sum vsque adhuc, & c. [Vbi iam toti firmi sunt, causam se negat habere ponendi fundamentum.]

Phil. 1. e

g ¶ Cupiditatem autem habens veniendi ad vos. [Notandum, esse cupiditatem etiam bonam. Sicut cupio dissolui, & esse cum Christo. Et: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas.]

h ¶ Ex multis iam precedentibus annis. [Quales necessitas fuerit ostendit, quæ illum multis detinere annis.]

i ¶ Sed cum in Hispaniam proficisci cœpero, & c. [Vtrum in Hispania fuerit, incertum habetur.]

k ¶ Et à vobis deducar illic, si vobis primum ex parte fruius fuero. [Quia

A

Quia ita vos exhibetis, ut nec apud vos locum, aut necessitatem habeam diutius remorari: & ideo ex parte illis fuisse dicit, quia non credere indigebant, sed tantummodo confirmari. Sive ideo ex parte, quia nulla magnitudo temporis faciat charitatem.

a ¶ Nunc igitur proficiscar in Hierusalem.] Hoc mihi restat deinceps ut veniam.

b ¶ Ministrare sanctis.] Sancti erant in Hierusalem, qui omnibus suis distractis, & ante apostolorum pedes depositis, orationi, lectioni, doctrinaeque vacabant. Quales autem fuerint, ex hoc cognoscitur, ut ipse apostolus per se illis pergeret ministrare: & quibus oblationem suam esse oportet acceptam, id est, ut eam dignentur accipere, ostendens hoc non tam prodesse accipientibus, quam dantibus. Hoc contra illos facit, qui gloriam perfectionis impugnant.

c ¶ Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere.] Probauerunt hoc vtile fore, si collationem aliquam sumptuum facerent sanctis.

d ¶ In pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis.] Quia propter sanctorum aedificationem esse pauperes voluerunt. Sive simpliciter pauperes sanctorum intellige.

B

e ¶ Et debitores sunt eorum.] Exemplo eorum prouocat Romanos ad simile opus, ostendens hoc illis non immerito placuisse. f ¶ Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis.] Quia doctores ex ipsis habebant, & socij facti fuerant radicis, & pinguedinis oliuæ: ideoque vniuersique in quo abundat debet alteri impertire.

g ¶ Hoc igitur cum consummauero, & assignaero eis fructum hunc, proficiscar per vos in Hispaniam.] Si vos bene exhibueritis, abundantius nobis bona doctrina in vos, quia quantum proficit discipulus, tantum prouocatur ad docendum & doctorem. Sicut alibi ait: Os nostrum patet ad vos o Corinthij. Sive abundanter benedicitur in aduentu meo Christus in vobis.

2. Cor. 6. f

h ¶ Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam.] Sciens Apostolus quoniam propter praedicationem Christi Romam ventus ducendus erat, in abundantia benedictionis praedicat se esse venturum. Vel certe quoniam confusus sibi erat, nihilominus habere se gratiam ab alijs apostolis.

i ¶ Obsecro igitur vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum. Rogat ut pro eo tota instant oret ecclesia: quia nouit multum valere preces in communi multorum. Iacobo enim oculto, Petrus fratrum precibus de carcere liberatur: qui non tam illi quam sibi beneficium praestiterunt, scilicet vicijs possunt doctrina firmari.

k ¶ Et per charitatem spiritus, ut adiuuetis me, &c.] Spiritualis enim charitas facit ut pro inuicem exoretis.

l ¶ Ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudaea: & obsequij mei oblatio

accepta fiat in Hierusalem sanctis. Sive ut omnes credant, sibi fidelibus ministrans, in manus infidelium non incurram, ne ad vos venire non possim.

m ¶ Ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiscum.] Tunc in gaudio veniam, si oblatio mea ab eis accepta fuerit: & securus verbum Dei abundantius loquar. Tristitia enim animi multum impedit ad doctrinam.

n ¶ Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.] Deus pacis non nisi in pacificis est. Pulchre autem finit, duobus populis in concordiam reuocatis.

CAPVT XVI.

Commendo autem vobis Phœben sororem nostram.] Iam quasi finito textu epistolae, ut solet commendationis gratia subter adnexuit. Item hic monstrat Apostolus non accipiendam aut eligendam personam esse viri vel feminae, quando de Romanis per mulierem, ut fertur, literas mittit. In eadem epistola alijs feminis mandat salutem.

CAPVT XVI.

Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quae est in ministerio ecclesiae, quae est in Cenchreis, ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocumque negotio vestri indigerit. Etenim ipsa quoque assistit multis, & mihi ipsi. ¶ Salutate Priscam & Aquilam adiuutores meos in Christo Iesu: qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt. Quibus non solum ego gratias ago, sed & cuncta ecclesiae gentium, & domesticam ecclesiam eorum. ¶ Salutate Epenerum dilectum mihi in domino: qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate Urbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen, probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcisci domo, qui sunt in domino. Salutate Tryphenam & Tryphosam, quae laborat in domino. Salutate Perfidam charissimam, quae multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino: & matrem eius & meam. ¶ Salutate Asyncritum & Phlegontam, Hermam, Patrobam, Hermem, & qui

C

D

p ¶ Quae est in ministerio ecclesiae, quae est in Cenchreis.] Sicut etiam nunc in orientalibus diaconissae mulieres, in suo sexu ministrare videntur in baptismo, sive in ministerio verbi, quia priuatim docuisse feminas inuenimus, sicut Priscillam, cuius vir Aquila vocabatur.

q ¶ Ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocumque negotio vestri indigerit. Etenim ipsa quoque assistit multis, & mihi ipsi.] Ut adiuuetis eam sine sumptuum opibus, sive solatio: quia & ipsa quamdiu habuit, plures adiuuit.

r ¶ Salutate Priscam & Aquilam, &c.] Qui confirmasse se Apostolo dicuntur in fide, quos & ideo adiutores appellat: quia in opere doctrinarum vbi ipse laborabat & isti iuuerunt.

s ¶ Qui pro anima mea suas ceruices, &c.] Probando meam doctrinam, se periculo subiecerunt, propter quod illis omnes ecclesiae gratias agunt: quia per illos ego seruatus sum.

t ¶ Et domesticam eorum ecclesiam.] Ostendit congregationem fidelium, ecclesiam nominari.

v ¶ Salutate Epenerum dilectum mihi, &c.] Primitiuos ecclesiae Asiae istos omnes quos salutauit, intelligimus ex nominibus fuisse peregrinos, per quorum exemplum atque doctrinam, non absurdè existimamus credidisse Romanos.

x ¶ Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & conceptiuos meos qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino, &c.] Etate non partu matrem salutare. Hi ex Iudaeis erant, & quia simul cum Paulo fuerant tribulati: nec terribi, ideo nobiles hoc merito habebantur: qui ad profectum Romanorum inter ceteros fuerant destinati, quique priores Paulo credidisse, ipsius testimonio referuntur.

y ¶ Salutate Asyncritum, Phlegontam, Hermam, Patrobam, Hermem, & qui

D. HIERONIMUS
TOM. VI. 7. 8

- E** & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum, & sororem eius, & Olympiadem: & omnes qui cum eis sunt sanctos.] Sui exemplo nos docet, quales amicos debeamus in nostris litteris salutare: non diuites sæculi, facultatibus vel dignitatibus honoratos, sed gratia ac fide locupletes.
- a** ¶ Salutate inuicem in osculo sancto. Salutate vos omnes ecclesie Christi.] Non fictè vel subdole, quale Iudas tradidit saluatori. Ideo enim in ecclesia pax primò annunciatur, vt ostendat se cum omnibus esse pacificum, qui corpori communicaturus est Christi.
- b** ¶ Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offenculas præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri.] De illis dicit qui ex circumcissione illo tempore venerant, ieiunia & abstinentiam destruetes, neomenias & sabbatha & ceteras ferias ventris gratia predicabant, dissentientes ab apostolica doctrina, & fratribus offencula præparantes.
- c** ¶ Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.] Per blandimenta, & adulationes compto sermone compofitas.
- d** ¶ Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est.] Si illis obediistis, quibus non debuistis: quanto magis nobis obedire debetis: Nam & illi propterea ad vos venerunt, quia sciebant vos per obedientiam simplicem cito posse seduci.
- e** ¶ Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Salutat vos Timotheus adiutor meus & Lucius & Iason & Sosipater cognati mei. Salutate vos ego Tertius, qui scripsi epistolam hanc in domino. Salutat vos Gaius hospes meus, & vniuersa ecclesia.] Quia bona est obedientia, sed si rationabilis sit: & ideo volo vos sapientes esse in bono, vt malum nescientes, sub pedibus innocentie deponatis inimicum. Ita enim dedit nobis dominus potestatem calcandi super scorpiones atque serpentes, & omnem virtutem inimici, id est, ne nobis præualeat, & omnibus super eum membris liberis ac solutis ambulare possimus.
- f** ¶ Salutat vos Erastus Arcarius ciuitatis & Quartus frater.] Hic arcarium ex Arcario dicit, sicut gentes credentes ex gentibus
- saepe vocauit, secundum consuetudinem legis quæ Abigail, vxorem Nabal adhuc appellat, cum iam illo mortuo in Dauid matrimonium tranisset.
- g** ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.] Hæc est subscriptio manus eius in omnibus epistolis, vt in ea etiam commoneret beneficia Christi.
- h** ¶ Ei autem qui potens est vos confirmare. Signis atque doctrinis.] Item hic patris personam monstrat. Descendens autem dicit, manifestatum hunc per scripturas propheticas secundum imperium æterni Dei, spiritum sanctum significat. Item infert: Cognitum est soli sapienti Deo per Christum Iesum, cui gloria in sæcula. Hoc loco patrem & filium manifestè loquitur. Quod autem dicit: Cognitum est soli sapienti Deo, in communi munere mysterij significat trinitatem.
- i** ¶ Iuxta euangelium meum & prædicationem Iesu Christi.] Vt sic viuatis, quomodo ego Christi exemplo & auctoritate gentibus prædicaui.
- k** ¶ Secundum reuelationem mysterij.] Mysterium de vocatione vniuersarum gentium in lege diu fuerat occultatum, quod nunc per Paulum euidenter patefactum est euangelium in Christo per testimonia prophetarum, quia quamuis de gentibus ante multa dixisset: tamen quomodo & in Christo vnum fierent & Iudæi, nemo tam apertè cognouerat. Existimare enim poterant quosdam ad fidem quasi profelytos admittendos.
- l** ¶ Temporibus æternis tacitis, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum.] Descendens autem dicit quid est patefactum.
- m** ¶ Secundum præceptum æterni Dei.] Præcepit Deus vt omnes gentes obediant, & Deum agnoscant, quod futurum quandoquæ solus ante sciebat, qui solus naturaliter sapiens, sicut naturaliter bonus, cum tamen & homo dicatur bonus: sed nos institutione boni vel sapientes esse possumus, ille natura. Cui per Iesum Christum gloria & honor in sæcula sæculorum.
- n** ¶ Ad obedientiam fidei in cunctis gentibus.] Spiritum sanctum significat. Item infert.
- o** ¶ Cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum: Cui honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

G

H

Commentariorum in epistolam ad Romanos, finis.

COMMENTARIJ IN PRIMAM
EPISTOLAM AD
CORINTHIOS.

AD CORINTHIOS
EPISTOLA I.

PAVLVS, quod nomen præponit in epistolis, auctoritatis esse noscendum. Item aliter. Paulus apostolus: connectens in epistola fratrum nomina, vel humilitatem suam significat: vel cooperatorem esse cum apostolica prædicationis ostendit.

b ¶ Vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei.] Voluntate Dei vocatur quisque ad fidem, sed sua sponte & suo arbitrio credit, sicut ait in Actibus, Non sui incredulus celesti visioni.

Act. 26. c

c ¶ Et Sophenes frater ecclesie Dei.] Frater, inquit, non apostolus: Hunc autem idcirco secum scribentem inducit, quia ex ipsius doctor est, & pro his valde sollicitus.

d ¶ Quæ est Corinthi.] Ostendit qui sunt ecclesia Dei, sancti scilicet & immaculati, quia ecclesiana neque maculam habet, neque rugam: & ideo his scribit quintegram adhuc seruabant, non qui perdidit sanctitatem. Nam istos honorat literis, illos auctoritate commendat.

B

e ¶ Sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis.] Per baptismum sanctificatis. Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi.] Proprie sacerdotum est inuocare dominum: Quibus dicitur: Sic benedicite filiis Israël inuocantes nomen meum super illos. Et Psalmista dicit. Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Quem sacerdotem fuisse illa res probat, quia & sacerdoti successit, & hostias offerbat. De quo etiam secundum historiam dictum est, Suscitabo tibi sacerdotem fidelem. Qui quamuis non sit ex genere Aaron, tamen de tribu Leui esse in Paralipomenon legitur: quia ipse hunc constituit qui & illum. Ita enim Aaron elegit, ut alios postea eligendi non amiserit potestatem.

Psal. 68. b

1. Reg. 2. g

f ¶ In omni loco ipsorum & nostro.] Quia sacerdotes & suo & apostolorum loco funguntur. Propter quod etiam ecclesiarum apostoli nominantur. Item aliter. Vniuersis ecclesijs prouincie Achaie ostendit se has literas mittere.

g ¶ Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.] Pax gratiam seruat, quam quidam habere volebant.

h ¶ Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, &c.] Primum solito laudando prouocat ad profectum, & dicit se quidem gaudere de eorum scientia: sed scire illos debere, quia vera sapientia non inflat neque dissentit.

i ¶ Quia in omnibus diuites facti estis in illo.] In omnibus virtutibus, per sapientiam, quæ amicos Dei & prophetas constituit. Item aliter. Hoc dicendo, Apostolus ostendit eos quando ad fidem Christi accesserunt, omnia gratia tunc ditatos: nunc autem non iuxta fidem conuersantes, vacuè factam monstrat gratiam quam perceperunt.

k ¶ In omni verbo & in omni scientia.] Id est, non tam noui quam veteris testamenti.

l ¶ Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.] Testimonium quo ait: Omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

m ¶ Ita ut nihil vobis desit in vlla gratia.] Vnde ait Salomon. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, id est, cum sapientia.

C Sap. 7. b

n ¶ Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.] Ille verè expectat aduentum Christi, qui in omnibus præparatus est. Reuelatio autem dicitur domini aduentus, quia modo à nobis abscondita est.



PAULVS, vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sophenes frater ecclesie Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomē domini nostri Iesu Christi: in omni loco ipsorum & nostro. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia. Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationē domini nostri Iesu Christi: qui & cōfirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus, per quē vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autē vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis oēs, & non sint in vobis schismata. Sitis autē perfecti in eodē sensu, & in eadē scientia. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloes: quia contentiones sunt inter vos, hoc autem dico, quod vnusquisque vestrū dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollō, ego verō Cepha, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine

o ¶ Qui & confirmabit vos vsque ad finem sine crimine, &c.] Per doctrinam: sicut ait Dauid: Confirmata me in verbis tuis. Et iterum: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Item aliter. Orat pro ipsis vt vsque ad finem vitæ fugire prehenhiles in aduentū domini nostri Iesu Christi permaneant.

Psal. 118. d

p ¶ Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri.] Quam societatem Ioannes exponit, dicens, Quoniam Deus lux est, & tenebre in eo non sunt vllæ. Si dixerimus quia societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Et Paulus ait: Si commortui sumus, & conuicemus: sustinemus, & conregnabimus. Hic locus contra Arianos facit, qui in hoc minorem esse filium volunt, quo per ipsum omnia facta referuntur: cum hoc etiam in patrem cadat, per quem in societatem filij eius credentes vocat. Item aliter: Hoc contra Arianos valet, qui ministrum præceptorum patris filium dicunt, quoniam scriptum est. Omnia per ipsum facta sunt: hic autē ostenditur, quia per Deum patrem

Ioann. 1. b

2. Tim. 2. c

Pau-

vocati sunt in communionem Iesu Christi domini nostri. Hucusque cum laude præfatio.

q ¶ Obsecro autem vos fratres.] Ad vnam sentiendi concordiam reuocat, & vt ipsi omnes idem loquantur hortatur. Item aliter. Hic iam causam contra dissensionem aggreditur.

r ¶ Per nomen domini nostri Iesu Christi.] In quo nomine saluati estis, & signa fieri conspexistis.

s ¶ Vt idipsum dicatis omnes.] Vt vnum sentiatis atque dicatis.

t ¶ Et non sint in vobis schismata.] Schismata semper ex contentione nascuntur.

v ¶ Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadē scientia.] Si vnum sentiatis & proferatis, tunc verè potestis esse perfecti.

x ¶ Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, &c.] Queritur quomodo Apollolus crediderit aliquid de absentibus: cum scriptum sit, Non credes auditui vano. Et iterum, Quæ viderint oculi tui, loquere, &c. Sed hanc gratiam habebat, vt nosset absens, quid in singulis ecclesijs ageretur. Sicut dicit ad Colossenses: Est corpore absens sum, sed spiritu præsens, gaudens & videns ordinem vestrum, &c.] Quia ergo sciebat Corinthios ita agere, vt audiebat, non credidit sine causa quasi de absentibus, quorum conuersationem in spiritu cognoscebat.

Eccle. 19. & 19.

Col. 2. a

y ¶ Hoc autem dico quod, &c.] Sub nomine apostolorum, pseudoapostolos tangit, qui eos per sapientiam circumuenerant mundi, vt vnusquisque eius se diceret esse, cuius doctrinam elegisset qui aduersa docebant. Si ergo nec de veris apostolis hoc dici permittit, quanto magis de falsis non licebit?

z ¶ Diuisus est Christus?] Diuiditur corpus, cum membra dissentiant.

a ¶ Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?] Potest istud dici his qui relicto Christi exemplo, sanctos veteris testamenti in solis diuitijs cupiunt imitari. Nunquid Abraham crucifixus est pro vobis, aut in nomine

nomine

DHIERON
TOM. 7. 8

G

nomine Iob baptizati estis? Et illud domini, vbi docemur non querere quid alij discipulo iubeatur, dicentis Petro.

Quid ad retu me sequere.

a ¶ Gratias ago Deo meo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispium, &c.] Quod ita contigit, vt illos paucos baptizantem, qui se non dicunt in meo nomine baptizatos. Item aliter. Illorum ipsorum neminem, nisi quos numeravi.

b ¶ Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.] Non usurpauit minora facere qui poterat officia implere maiora. Sicut hodie & episcopus vel sacerdos, si voluerit, diaconi poterit implere ministerium.

c ¶ Non in sapientia verbi.] Cum possint apostoli etiam sermones sapientia predicare, simpliciter docent, ne a stultitia predicationis ascribatur prudentia, & euacuatur crux Christi.

d ¶ Vt non euacuatur crux Christi.] Euacuant enim vim crucis, quia aures declamatione demulcent.

e ¶ Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est.] Prædicationis crucis non intelligentibus virtutem Dei: stultitia videtur Dei filium dicere crucifixum: fideles autem intelligunt Dei esse virtutem, qua mors victa est, & diabolus superatus est.

f ¶ Hic autem qui salui sunt, id est, nobis, virtus Dei est.] Fides enim eorum eos saluos facit.

g ¶ Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium.] Hoc in aduentu saluatoris asserit adimpletum, id est, ad nihilum redigam.

h ¶ Et prudentiam prudentium reprobo.] Eligendo piscatores, atque rhetoricam & philosophicam reprobauit. Queritur plane, unde sit hæc sapientia, quam reprobat Deus. Scriptum est enim quod omnis sapientia à domino Deo sit, id est, de bona natura ducit exordium. Hoc enim habet sensus humanus, vt quocunque eum teneris, consequatur, & paulatim meditando proficiat. Inde est quod multi illiterati poemata componunt tam exquisita, quæ viri eruditissimi admiremur. Hic ergo sensum quem Deus se ex creaturis cognoscendum, & suam voluntatem in querendam dederat, illi ad inquirenda superflua & curiosa verterunt. Similiter & de diuitijs ac fortitudine & de omnibus, quibus malè vtuntur, possumus existimare.

i ¶ Vbi sapiens, vbi scriba.] Id est, doctor.

k ¶ Vbi inquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?] Qui acquirit sapientiam sæcularem, vel quicunque alijs de rebus obscuris inquirat.

l ¶ Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus, &c.] Factura mundi, Dei sapientia est fabricata: in qua per sapientiam naturalem, quæ ad hoc data & creata fuerat, debuit cognosci ipse qui fecerat: sed quoniam non agnouerunt homines, alia illis medicina succurritur. Item aliter. Hoc loco sapientiam Dei, ordinatione creaturarum quæ videntur ostendit: ex quibus Deum auctorem venerari & agnoscere debuerunt.

m ¶ Placuit Deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes.] Non quod verè stultitia sit prædicationis crucis, sed quia apud illos ita haberetur.

n ¶ Quoniam & Iudæi signa petunt.] Iudæi ex consuetudine prophetarum signa petunt, quæ etiam videntes, credere noluerunt.

o ¶ Et Græci sapientiam querunt.] Artis dialecticæ & humanæ sapientia rationem.

Pauli baptizati estis? ¶ Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum & Gaium, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizavi autem & Stephanum domum: ceterum nescio, si quem alium vestrum baptizauerim. ¶ Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi: vt non euacuatur crux Christi. ¶ Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem qui salui sunt, in nobis, Dei virtus est. ¶ Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobo. ¶ Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi: Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? ¶ Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes. ¶ Quoniam & Iudæi signa petunt: & Græci sapientiam querunt. ¶ Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum: gentibus autem stultitiam: ¶ ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.

¶ Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. ¶ Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. ¶ Videte enim vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem: non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. ¶ Vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius.

¶ Ex ipso autem vos estis in CHRISTO IESU: ¶ Qui factus est nobis sapientia à Deo & iustitia & san-

dum superbia sapientiæ & nobilitatis inflati, homines Dei sapientiæ subiacere noluerunt.

¶ Quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. ¶ Hic contra illos agit oblique, qui se legis peritos, & fortiores apostolis, & nobiliores ex sacerdotali stirpe descendere iactabant.

¶ Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, &c.] Quia dum in semet ipsis non confidebant, celerius crediderunt. Semper enim sapientium & diuitum & fortium gloria increpatur, sicut ait propheta: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitijs suis: sed ipse dominus quod per prophetam dixerat, ipse ad nostrum compleuit exemplum. Nascendo enim de matre paupere, diuitias reprobauit. Dum autem literas non discit, refutat sapientiam secularem. Cum verò traditus non resistit, sed patienter sustinet crucem, in humana fortitudine prohibet gloriari. Humiliter ergo se Deo huiusmodi, si volunt & ipsi cum ceteris liberari.

¶ Et ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.] Quæ non sunt sapientia, fortia, nobilia, vt quæ sunt talia dissiparet.

¶ Vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius.] Omnis caro non spiritus, quia carnalis est ista gloriatio.

¶ Ex ipso autem vos, &c.] Si ergo ex ipso estis, nolite ea quæ ille reprobat, admirari.

¶ Qui factus est, &c.] Nobis factus est, sibi semper fuit: vt scilicet nos faceret sapientes & iustos & sanctos. Item alia expositio. Cum sit Christus Dei patris sapientia, tunc tamen cum quis in illum crediderit, sapientia ei Christus efficitur.

¶ Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.] Quod stultum putatur Dei, omnem humanam sapientiam antecedit: quia sapientia sua liberari non poterant qui per crucis mysterium sunt saluati.

¶ Et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.] Mortem quam nec gigantes euadere poterunt, crucifixi infirmitas superauit.

¶ Videte enim vocationem vestram fratres.] Exemplum accepit ex his qui crediderant, vt ostendat quia non prodest gloriatio carnalis ad fidem, sed magis obest.

¶ Quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.] Hic contra illos agit oblique, qui se legis peritos, & fortiores apostolis, & nobiliores ex sacerdotali stirpe descendere iactabant.

¶ Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, &c.] Quia dum in semet ipsis non confidebant, celerius crediderunt. Semper enim sapientium & diuitum & fortium gloria increpatur, sicut ait propheta: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitijs suis: sed ipse dominus quod per prophetam dixerat, ipse ad nostrum compleuit exemplum. Nascendo enim de matre paupere, diuitias reprobauit. Dum autem literas non discit, refutat sapientiam secularem. Cum verò traditus non resistit, sed patienter sustinet crucem, in humana fortitudine prohibet gloriari. Humiliter ergo se Deo huiusmodi, si volunt & ipsi cum ceteris liberari.

¶ Et ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.] Quæ non sunt sapientia, fortia, nobilia, vt quæ sunt talia dissiparet.

¶ Vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius.] Omnis caro non spiritus, quia carnalis est ista gloriatio.

¶ Ex ipso autem vos, &c.] Si ergo ex ipso estis, nolite ea quæ ille reprobat, admirari.

¶ Qui factus est, &c.] Nobis factus est, sibi semper fuit: vt scilicet nos faceret sapientes & iustos & sanctos. Item alia expositio. Cum sit Christus Dei patris sapientia, tunc tamen cum quis in illum crediderit, sapientia ei Christus efficitur.

107.12.

F

Ecl.1.

107.12.6

H

Hier. 9. f

A

a ¶ Et sanctificatio & redemptio. Redemptio nostræ salutis. b ¶ Vt quemadmodum scriptum est: Qui, &c.] Non in semetipso aut in superius comprehensis.

CAPVT II.

Ego cum venissem ad vos fratres. Quia ostenderit non illos debere humanam sapientiam admirari, suo quoque hoc exemplo confirmat, eo quod ipse non per humanam sapientiam prædicasset.

d ¶ Non veni per sublimitatem sermonis, aut sapientia, &c.] Noli pompaticum eloquentiæ iactare sermonem in prædicatione diuina.

e ¶ Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum.] Id est, non sum gloriatus in aliquo nisi in Christo.

f ¶ Et hunc crucifixum.] Quod stultum apud homines esse videtur.

g ¶ Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos.] Neque enim alio modo Deum cõuenerat prædicari: non iactantia neque gloria carnali.

h ¶ Et sermo meus & prædicationis mea.] Quia dialectici erant Corinthij, noluit apud illos disputatione uti, ne hoc quoque illis noua aliqua philosophia videretur, sed magis illis virtutes & miracula demonstrauit.

i ¶ Non in persuasibilibus humane sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.] Quia rhetorica habet colores perualorios in vnaquaque materia.

k ¶ Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.] Sapientia hominis temporalis, ad breue prodest. Virtus autem Dei vt aeterna, dat sine fine profectum.

l ¶ Sapientiam autem loquimur inter perfectos.] Ne putetis & nos sapientiam non habere, habemus diuinam: sed vos iam tunc capere minime poteratis: quæ iam creditibus aperitur.

m ¶ Sapientiam verò non huius sæculi, neque principum.] Siue regum siue philosophorum, qui in hoc sæculo primatû sapientia tenere videntur. Qui cum sapientia sua per nostrum euangeliu destruantur.

n ¶ Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est.] In euangelio quod continet natiuitatem Christi, passionem, & cætera.

o ¶ Quam prædestinauit Deus ante secula.] Siue in præsentia, siue in lege ante tempora. Multi enim prophete cupierunt videre, & non viderunt.

p ¶ Et gloriam nostram.] Qui credimus Christo.

q ¶ Quam nemo principum huius sæculi cognouit.] Pilatus, Caiphas, & cæteri, quorum etiam ignorantia damnatur: quia non debuerant ignorare.

r ¶ Si enim cognouissent, &c.] Hoc loco ad defensionem peruerli dogmatis, duæ hæreses abutuntur, Apollinarij scilicet, & Arij. Vna vt perfectam assumpti hominis naturam destruat. Alia vt Dei verbum asserat esse passibile: neque erat intelligens, maiestatis dominum etiam assumptum hominem dicitur: neque ista sciens, non diuinitatis, sed humanitatis passibilem esse naturam. Item alia expositio. Dominus maiestatis carne patitur, carne crucifigitur, carne moritur: substantia

Mat. 13. c

autem deitatis impassibilis est. Et simili modo etiam apostolus Petrus testatur in epistola sua, Christum pro nobis in carne passum, dicens: Qui peccata nostra ipse portauit in corpore suo super lignum. Item alio loco: Christo igitur passo in carne.

f ¶ Sed sicut scriptum est, &c.] Memoratorum scilicet principum mens hæc videre non potuit: quia credere noluerunt. Quidam sanè dicunt, oculus non vidit virginem peperisse, nec auris audiuit. Tunc iusti sicut sol fulgebunt. Qui habet aures, inquit, audiendi, audiat, & in cor hominis non ascendit, homines cohæredes Christo futuros.

t ¶ Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.] Nobis qui fide meruimus spiritum Dei accipere, quinobis voluntatem eius ostendit.

v ¶ Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei.] Etiam quæ in secreto Dei consilio conquiscent.

x ¶ Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, &c.] Quæ cogitationes versentur in homine. Item alia expositio. Præclarum hoc aduersus hæreticos, qui creaturam spiritum sanctum dicunt. Vnde hic ostenditur non solum creaturam non esse: verum etiam quod ipse solus interiora Dei & profunda rimetur: quippe vt eisdem naturæ atq; substantiæ sit cum Christo.

y ¶ Nos autem non huius mundi spiritum accepimus, &c.] Quicunq; mundana sapit, non spiritum Dei videtur habere, sed mundi.

z ¶ Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.] Vt sciamus quanta nobis à Deo collata sunt per Christi aduentum.

a ¶ Quæ & loquimur non in doctis humane sapientia verbis, sed, &c.] Quæ etiam vobis annuntiamus, non à philosophis vel grammaticis, sed à Dei spiritu eruditi.

b ¶ Spiritualibus spiritualia comparantes.] Illis ea dicentes qui possunt audire: non enim possunt nisi à sibi cognitis & similibus comprehendi.

c ¶ Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.] Qui spiritum Dei non habet, animalis est: quia animalium ritu versatur, qui putat nihil esse post mortem. Et ideo vt animal ventri libidiniquæ committit se, aeterna morte periturus.

d ¶ Stultitia est enim illi & non potest intelligere, &c.] Stultitia illi videtur primò, quod ille qui & passus & mortuus est & resurrexit: totius creaturæ nunc dominus prædicetur. Secundò contemnere propria bona, alteri præbere maxillam, & cætera his similia Christi mandata.

e ¶ Spiritualis autem iudicat omnia, &c.] Iudicat vana esse, in quibus carnales homines delectantur. Et ipse ita se agit, vt à nemine iudicetur. Siue omnia spiritualis discernit & intelligit, & sensu illius ab homine non intelligitur animali. Item alia expositio. Omnia dicit quæ sunt spiritualia. Non enim artes & disciplinas huius mundi animalis homo nisi spiritualiter intelligat, scire potest.

f ¶ Quis enim cognouit sensum domini, &c.] Sensum domini qui est in virtus spiritualibus, sine spirita dei nemo cognouit. Item sensus: hic intelligentiam significat.

g ¶ Nos autem sensum Christi habemus.] Qui spiritum sanctum accepimus.

CAP.

CAP.

C

1. Pet. 2. d
Ejn 24. a

Mat. 13. f

D

DHIERON
TOM. VII. 78

CAPVT III.

Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.] Modo timens ne putent hoc solum habere sensum domini, quod ipsi, vt paruuli audierant: non, inquit, in me sensus domini defecit, sed vobis virtus defuit audiendi. Itē alia expositio. Arguit Apostolus Corinthios, quod gratiam, quā in principio credentes acceperant, perdidissent. Videtur autem hoc loco vniuersos in commune increpare. Cum hi reprehendantur, qui non iuxta fidem conuersantur.

b ¶ *Tanquam paruulis in Christo.*] Non etate carnali, sed in Christo.

c ¶ *Lac vobis potum dedi, &c.*] Hoc & beatus Petrus ait: Deponentes igitur omnem malitiam & simulationem tanquam modō geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Si ergo adhuc illi paruuli sunt, qui omnem malitiam abiecerunt, & qui nondum sunt in virtute perfecti, quid de illis censendum est, quibus omnis malitia dominatur?

d ¶ *Cum enim sit inter vos zelus & contentio: nonne carnales estis?*] Ecce de quibus vitij carnales iudicantur: quā non propriē per carnem fiunt, sed de carnali sensu talia descendunt.

e ¶ *Et secundum hominem ambulatis.*] Qui nihil amplius habet quā ceteri homines: secundum hominem dicitur ambulare: sed in hoc loco ob defensionem singulorum hominum, homines appellantur.

f ¶ *Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli: alius autē, ego Apollo: homines nonne estis.*] Vult nos plus esse quā homines.

g ¶ *Quid igitur est Apollo: quid verō Paulus: ministri eius cui credidistis.*] Si nos nihil sumus quos ministros ipse constituit, quanto magis illi qui in carnalibus gloriantur.

h ¶ *Et vnicuique, sicut Deus dedit. Ego plantauit: Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.*] Hoc ipsum non ex nobis est, sed Dei donum est, vt per manus meas signa fierent, quā vos excitarent ad fidem: & Apollo sua vos doctrina firmaret: quia sicut plāta sine aqua, sic fides sine doctrina marcescit. Si ergo & plantatio & fons Dei est, quid nobis ascribitis, quāsi aliquid nostra virtute fecerimus.

i ¶ *Itaq; neq; qui plantat est aliquid, &c.*] Nisi enim Deus incrementum dederit, sine causā laboramus. Nos mercenarij sumus in alieno agro. Alieni vt mur fermentis: nihil habemus proprium nisi mercedem nostri laboris.

k ¶ *Deu enim sumus adiutores, Dei agricultura estis, &c.*] Non in potentia, sed in verbo adiuuamus coli Dei agrum, & extrui templum.

l ¶ *Secundum gratiam Dei, &c.*] Non secundum meam virtutem. Siue ponendi fundamentum gratiam accepit vt tibi predicarem, vbi Christus non fuerat nuntiatus.

m ¶ *Vt sapiens, &c.*] Non potest imperitus architectus ponere fundamentum.

n ¶ *Alius autem superedificat.*] Alius doctor instituit supra fidem quā ego fundauit.

o ¶ *Vnusquisq; autem videat quomodo superedificet.*] Sollicitus quā foret & recta parietum latera conlurgant.

p ¶ *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, prater id quod positum est, &c.*] Non est alius Christus, quem possit vobis alius predicare, prater Iesum, cui fide firmissima credidistis. Hoc solum agitur, ne per doctorum negligentiam, obnoxij incipiatis esse gehenna.

CAPVT III.

Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.] Tanquā paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escā. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio: nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli: alius autem, ego Apollo: nonne homines estis? Quid igitur est Apollo: quid verō Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et vnicuique: sicut dominus dedit. Ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus nunc incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed vt incrementum dar, Deus. Qui autem plantat, & qui rigat vnum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis: Dei edificatio estis. Secundum gratiam Dei quā data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superedificat. Vnusquisque autē videat quomodo superedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, prater id quod positum est: quod est Christus Iesus. Si quis autem superedificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam: vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit. Sic tamē quasi per ignem. Nescitis quia templum Dei estis: & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autē templum Dei violauerit: disperdet illum Deus. Templum .n. Dei sanctū

est, ¶ *Aurum, argentum, lapides pretiosos, &c.*] In ecclesia tria genera sunt bonorum. Est bonum, & melius, & optimum. Quod autem primō aurum posuit, vt sermo melius texeretur, siue ad fortitudo dinem, nō ad speciem comparauit. Quia argentū fortius est auro, ideo meliori ponitur loco. Tria sunt ecōtrariō genera malorum: Malum, peius, & pessimum. Quā lignis, feno, & stipulā comparantur. ¶ *Et vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit, si cuius opus manserit, quod superedificauit, &c.*] Aurum & argentum non solum non ardent, sed per ignē splendidiora radiabunt. Ligna verō & cetera cremabuntur. Siue examinationem iudicij, igni voluit comparare, iuxta consuetudinem scripturarum.

¶ *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.*] Si quis negligenter aut verbo doctuerit, aut exemplo, perdet laborem suum. Quia opus aridum infirmumque perfecit.

¶ *Ipsē autem saluus erit.*] In propria iustitia.

¶ *Sic tamē quasi per ignem.*] Quod si ille non nisi per ignem saluus erit, qui iustus ex proprio est, quia negligente edificauit discipulos: quid de illis fiet, qui & sermone non edificat, & insuper scandalizant exemplo?

¶ *Nescitis quia templum Dei estis, &c.*] Nescitis cuius sitis templum, siue in singulis, siue in vniuersa ecclesia.

¶ *Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus, &c.*] Siue suum corpus peccando, siue ecclesiam ad prauam doctrinam reducendo: vel certē exemplo proprio destruendo. Solent hunc locum Nouatiani opponere ad pœnitentiam excludendam. Quibus respondendum est ad

A

quid hoc ipsum scribitur: Spem veniæ non habebunt. a ¶ Nemo vos seducat.] Propria vel aliena adulatione deceptus.

b ¶ Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo: stultus fiat ut sit sapiens.] Hic propriè mundi increpat sapientes, quos humana sapientia non permittebat sentire divina. Aliter. Si quis ad reddendam vicem iniurie, si eadem fecerit, putet se esse sapientem, stultus fiat. In hoc enim sæculo stultus est qui euangelica voluerit implere præcepta. Qui enim percutienti, alteram præbet maxillam, voluntate stultus est, non natura. c ¶ Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum.] Nihil stultius est quam ut velit se, qui non potest, vindicare: & Deo suam non referuat iniuriam. Et ita de contumelia vindictam apud Deum perdet, & de patientia mercedem. d ¶ Scriptum est: Comprehendam sapientes in astutia eorum.] Ad efugendam manum Dei, nulla suffragatur astutia. e ¶ Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium: quoniam vanæ sunt.] Nihil utilitatis conferunt ad salutem. f ¶ Nemo itaque gloriatur in hominibus.] In falsis scilicet apostolis, humana tantum sapientibus, cum nec in nobis quidem, sed in eo, cuius & ipsi sumus, sit gloriandum.

B

g ¶ Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, nos vestri sumus: vos autem Christi: siue mundus, siue vita, siue mors.] Omnia creata sunt propter sanctos: qui cum nihil habeant, possident cuncta. Possumus autem hæc libertatem referre arbitrij, ut quod velint intelligat, siue mortem, siue vitam. h ¶ Siue presentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt.] Quod sanctis tam presentia quam futura diuinitus sint attributa: item Christi vitam mortemq; significat. Quoniam propter nos & mortuus est, & resurrexit. i ¶ Vos autem Christi.] Sic est Christus Dei: sicut alibi Deus dicitur Christi, & hoc si de diuinitate velis intelligi. Cæterum hic de assumpti hominis forma tractatur, secundum quam dicitur vnctus. k ¶ Christus autem Dei.] Quasi homo.

CAPVT IV.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei.] Non ut æquales Christo. m ¶ Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.] Interrogantis vox est. id est, iam hic vos putatis conscientias iudicari. n ¶ Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicet, aut ab humano die.] Humanum iudicium nullius dico momenti, in quo sepe veritas & iustitia frustratur. Diem enim hominis non concupiui, Hieremias ait. o ¶ Sed neque meipsum iudico.] Ergo qui conscientiam meam optime noui, nihil esse me iudico. Neq; meipsum iudico. p ¶ Nihil enim mihi conscius sum.] Male sentiunt qui dicunt: Nemo potest vitare peccatum. q ¶ Sed non in hoc iustificatus sum.] Hoc pro humilitate dicit.

Matt. 5. f

Hier. 17. b

Nihil enim mihi sum conscius: vnde super homines debeam gloriari. Si hoc Paulus dicit: Quid à nobis dici debeat, cogitandum est. Sed non in hoc iustificatus sum.

r ¶ Qui autem iudicat me, dominus est.] Non in quo me quidam ita laudant: quia ita quisque aliena laude non iustificatur, ut ne maculetur infamia. Vnicuiq; enim apud Deum quod est, non quid dicitur, imputatur. s ¶ Itaque nolite iudicare ante tempus, quousque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.] Homo videt in facie, Deus autem in corde. t ¶ Et tunc laus erit vnicuiq; à Deo.] Ille verò laudabilis est, qui Dei testimonio laudatur, apud quæ omnia occulta & inuisa sunt cognita. v ¶ Hæc autem fratres transfigurauit in me, & Apollo propter vos.] Ut à nobis humilitatis sumatis exemplum: ne supra disciplinam scripturæ audeat vnusquisque aduersus alterum pro alio inflari, doctore male contentions euerfore. x ¶ Ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est: vnus aduersus alterum inpletur pro alio.] Hoc est quod dicit: ne vnusquisque magistrum proprium prædicat, alter aduersus alterum incitetur. y ¶ Quis enim te discernit.] Hic ad ipsos inflatos per eloquentiam verba conuertit: quis te discernit cuius momenti sis. z ¶ Quid autem habes quod non accepisti?] Quid enim boni ex te metipso habes, quod à nullo didiceris: vel Dei dono minime consecutus sis. a ¶ Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti.] Quasi in proprio gloriaris. b ¶ Iam saturati estis, &c.] Hoc increpatiuo modo legedum vel pronuntiandum est. c ¶ Sine nobis regnatis.] In nullo nostri indigentes. d ¶ Et vti nam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.] Vti nam non essetis falsa gloriatione decepti, forsitan simul regnaremus.

C

D

e ¶ Puto enim quod Deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos.] Nos omnium vltimos ad gentes tanquam ad mortem duxerit. f ¶ Quia spectaculum facti sumus huic mundo & angelis & hominibus.] Omnes nostras publicè spectant iniurias, siue vere angeli & homines, siue sancti homines & peccatores. g ¶ Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, &c.] Nos tanquam stulti propter Christum omnia sustinemus. Vos autem ita vultis esse Christiani, ut prudentiam sæculi teneatis. Nos infirmi, quia vicem reddere nolumus: Vos autem reddendo, fortes vos esse gloriamini. Nos nihil habentes voluntaria paupertate deiecti: Vos vobis etiam nobilitatem terreni generis vendicatis. h ¶ Vsq; in hanc horam, &c.] Ab initio prædicationis nostræ vsq; in præsens tempus. i ¶ Et esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles, &c.] Non itamus in sedibus certis, vbique euangelij necessitate iactamur. k ¶ Et laboramus operantes manibus nostris.] Sic tamen operabantur, ut doctrinæ officium magis implerent.

DHIERONIMUS
TOM. VII. 78

a ¶ Male-

E

a ¶ Maledicimur, & benedicimur: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, &c.] Rogamus Deum pro his qui nos blasphemant.

b ¶ Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, &c.] Sicut scriptum est: Iustus immundus est apud malos.

c ¶ Omnium peripsema vsq; adhuc, &c.] Omnium humillimi atq; subiecti.

d ¶ Non vt confundam vos hac scribo, sed vt filios meos charissimos moneo, &c.] Poterant confundi de sua gloria, si eos non reuelaret. Non enim ruborem illorum cupiebat, sed profectum.

e ¶ Nam si decem millia pedagogorum habetis in Christo, sed non multos patres, &c.] Omnes qui ab alio iam genitis ministrant, patres dici non possunt.

f ¶ Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui, &c.] In nouam vitam me primam predicante, reformatos vos esse meministis.

g ¶ Rogo ergo vos, imitatores mei estote, &c.] Bonorum filiorum est, in omnibus bonos imitari parentes.

h ¶ Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, &c.] Quanto fidelior e ceteris, tanto charior cunctis.

i ¶ Qui vos commonefaciat vias meas, quae sunt in Christo Iesu, &c.] Qui vos & meis literis & suo commoneret exemplo: aliud enim sine alio prodesse non poterat.

k ¶ Sicut vbiq; in omni ecclesia doceo.] Quomodo semper & vbiq; meum exemplum cum doctrina concordat.

l ¶ Tanquam non venturus sim ad vos.] Hic incipit causam fornicationis arguere.

m ¶ Sic inflati sunt quidam. Veniam autem cito ad vos, si dominus voluerit.] Tandem aliquis de scientia falsa se iactat, vsquequo verae scientiae praedicator aduenit.

n ¶ Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem, &c.] Examabo non eloquentiae pompam, sed conuersationis effectum, vbi virtus fidei esse probatur.

o ¶ Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute, &c.] Hic ostendit nihil prodesse doctrinam absque iustitiae operibus, ei qui non faciat quae facienda persuadet.

p ¶ Quid vultis, &c.] Denignus magister discipulorum correctionem in eorum potestate dimittit: vt si poenitere velint, clementissimus consolator adesset. Si autem nollent, durus vltor assisteret peccatorum.

q ¶ In virga veniam ad vos, &c.] Quali virga venit Petrus ad Ananiam & Sapphiram, & ipse Paulus ad magum.

C A P V T V.

Omnino auditur, & cetera.] Ostendit quare superiora minatus sit.

r ¶ Inter vos fornicatio, & talis fornicatio, &c.] In ecclesia cui vos praesse videmini.

s ¶ Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, &c.] Vana scientia inflamini, & curam de his qui pereunt, non habetis: vt aut corrigantur, aut ab ecclesia separentur. Cum bonos pastores semper legamus populi deesse peccata: vt Hieron.

Hieron. tom. 8.

remiam, qui ait: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? vt ostenderet sibi non affectum doloris, sed lacrymas defecisse.

t ¶ Vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.] Siue homo qui peccauit tollatur, siue satanas eiciatur, dum non habet per quem operetur.

x ¶ Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicavi vt praesens.] Praesentem se esse dicit in spiritu, ne ex solo auditu absentem damnasse putaretur: secundum illud Elisei dicentis ad Giezi: Nonne spiritus meus tecum erat in via?

y ¶ Eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute domini Iesu.] Qui pro me erat praesens, siue in literarum mearum auctoritate, per quam domini quoque virtus affluit.

z ¶ Tradere huiusmodi satanae in interitum carnis.] Vt arripiendi illum corporaliter habeat potestatem. Quod dum viderit se nec carnis hic, nec in futuro spiritus requiem habiturum, de facto poeniteat vt saluetur. Siue sic quisque pro meritis suis de ecclesia pellitur, & satanae traditur potestati, vt dum caro eius per poenitentiam afflictata quendam interitum patitur, spiritus conseruetur. Habet enim consuetudinem scriptura, vt hominem in parte totum intelligat.

aa ¶ Quia & hic scriptura mos est, vt in carne carnales actus interire: in spiritu vero spiritualis conuersatio salua fieri demonstretur. Item hic ostendit eiectionem extra ecclesiam rabido ore daemonum lacerandam, si permanserit nolens carnis vitia mortificare, vt possit vitam sanctam recuperare.

ab ¶ Vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.] Quoniam in spiritu satanas accipere non potest potestatem, vt domini iudicio referretur.

ac ¶ Non est bona gloriatio vestra, nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit.] Ignoratis quia malo exemplo possunt pluri interire. Sed & per vnus delictum, in omnem populum Iudaeorum iram Dei legitimus aduenisse.

ad ¶ Exurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi.] Nihil in vobis conuersationis praetinae relinquatis, quod sinceritatem possit naturae corrumpere.

ae ¶ Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae & nequitiae, &c.] Non figura, sed veritas. Et Iudaei quidem septem diebus azyma comedeabant. Nos vero semper, si simpliciter & pure versemur. Quia in septem diebus mundus est factus, qui semper in suo ordine reuoluitur. Et quotidie nobis agnus occiditur, & pascha quotidie celebramus, si fermentum malitiae & nequitiae non habemus. Quid est enim aliud nisi corruptio naturae fermentum, quod & ipsum prius a naturali dulcedine recedens adulterino acore corruptum est.

af ¶ Scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus.] Hoc ipsum in hac epistola ita scriptum, non vt a gentibus, sed ab his qui peccant in ecclesia, separemini: sin autem mori debuerat.

G

Hier. 9. a

4. Reg. 5. g

H

Act. 5. vbi dicitur, b

A debueratis, quos iccirco precipue viuere interim Deus voluit, quo cohabitatione vestra proficerent infideles.

a ¶ Alioquin debueratis de hoc mundo exisse.] Siste ita, sin autem melius vobis fuerat de hac luce migralle, quam indigere per communionem à gentium confortio separari.

b ¶ Num autem scripsi vobis non commisseri.] Sed magis quod scripsi, hoc est, ne talibus coniungamini.

c ¶ Si is, qui frater nominatur, inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax.] Non ex sola opinione vitandus est. Sed si quis frater solo nomine appellatur, cum fornicator detegatur aut fur, ab hoc separari iubemur, sicut scriptum est: Qui se iungit fornicarijs, nequam est: putredo & vermes hereditabunt eum.

d ¶ Cum huiusmodi nec cibum sumere.] Nec comunem quidem cibum cum talibus participandum esse concessit.

e ¶ Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?] Hoc est, de infidelibus.

f ¶ Nonne de his qui intrus sunt vos iudicatis?] Nonne de his qui intrus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit.

g ¶ Auferte malum ex vobisipsis.] Quo facilius eos possitis docere qui foris sunt.

B **C A P. VI.**

Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum.] Audet aliquis contra preceptum domini venire, dicentis: Si quis vult tecum iudicio contendere, &c. Notandum quod aliquando apostolus in medio cause quam agit, quosdam sensus inferat, & de latere iacet, quibus explicitis rursus reuertatur ad causam.

i ¶ Iudicari apud iniquos, & non apud sanctos.] Hic probatur Christianos tunc iudices non fuisse: quia iniqui dicuntur.

k ¶ An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?] Quod dominus repromisit discipulis, dicens: sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel, etiam omnibus hoc promittens, quicquid fuerint imitati. Nam ex ipsis vnus perit, cuius loco alius successit, cui nihil fuerat repromissum. Paulus quoque & Barnabas apostoli sunt ordinati à sancto spiritu.

l ¶ Et si in vobis iudicabitur mundus.] Siue per vos, vel vestro exemplo.

m ¶ Indigni estis qui de minimis iudicetis. Nescitis quoniam angelos iudicabimus: quanto magis secularia?] Ergo indigni sunt de rebus exiguis iudicare, qui & mundum totum & angelos iudicabunt. Illos angelos qui cum carne non habuerint, peccare voluerunt, hi qui in carne sancti esse voluerunt iudicabunt.

n ¶ Secularia igitur iudicia si habueritis.] Quae de rebus saeculi oriuntur.

o ¶ Contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandū.] Possunt de his etiam illi qui minimi sunt in ecclesia iudicare. Item contemptibiles in ecclesia eos iudices dicit, quos appellat in inferioribus infideles.

p ¶ Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum.] Erubescere debetis, eo quod nemo sit inter vos tam sapiens qui non erit casualis inter fratres discernere, vt non necesse sit publice litigare.

q ¶ Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles.] Duplex peccatum est, & quod iudicio contenditis, & quia apud infideles vos ad iurgia prouocatis.

r ¶ Iam quidem omnino delictum est in vobis.] Iam hoc solum delictum est quod contra preceptum facitis Christi.

s ¶ Quod iudicia habetis inter vos.] Qui semper pacem habere deberetis, etiam cum rerum temporalium detrimento seruati.

t ¶ Quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini: sed vos iniuriam facitis & fraudatis.] Cum illata secundum euangelij preceptum, & domini exemplum patienter sustinere deberetis, vose contrariò non solum non sufferitis, sed etiam non facientibus irrogatis.

v ¶ Et hoc fratribus.] Quod nec inimicis reddere deberetis, fratribus facere non timeris.

x ¶ An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt.] Quod regnum Dei non possidebunt, nisi omnia peccata baptismi gratia diluantur.

y ¶ Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriofus, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.] Nolite errare, putantes vobis solam fidem sufficere ad salutem, cum omne peccatum permanentes excludat à regno, sicut ad Galatas ait: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, contentiones, ira, & his similia, quae praedico vobis: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ideo autem addit, & his similia, ne quis negaret praeter haec alia esse peccata, quae regnum Dei prohiberent intrare.

z ¶ Et haec aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.] Nolite de praeteritis timere peccatis, tantum ne post baptismum delinquatis. Aut qui vt assoler praeventus fuerit, ad penitentiam conuertatur. Item omnia peccata, baptismi gratia diluantur. Item alia expositio. Hoc contra haereticos dicit, qui Christum & spiritum sanctum à Deo patre separare conantur. Hic enim ostenditur quoniam sicut pater, ita & Christus & spiritus sanctus peccata abluit, iustificat atque sanctificat.

C quam qui possit iudicare inter fratrem suum.] Erubescere debetis, eo quod nemo sit inter vos tam sapiens qui non erit casualis inter fratres discernere, vt non necesse sit publice litigare.

q ¶ Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles.] Duplex peccatum est, & quod iudicio contenditis, & quia apud infideles vos ad iurgia prouocatis.

r ¶ Iam quidem omnino delictum est in vobis.] Iam hoc solum delictum est quod contra preceptum facitis Christi.

s ¶ Quod iudicia habetis inter vos.] Qui semper pacem habere deberetis, etiam cum rerum temporalium detrimento seruati.

t ¶ Quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini: sed vos iniuriam facitis & fraudatis.] Cum illata secundum euangelij preceptum, & domini exemplum patienter sustinere deberetis, vose contrariò non solum non sufferitis, sed etiam non facientibus irrogatis.

v ¶ Et hoc fratribus.] Quod nec inimicis reddere deberetis, fratribus facere non timeris.

x ¶ An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt.] Quod regnum Dei non possidebunt, nisi omnia peccata baptismi gratia diluantur.

y ¶ Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriofus, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.] Nolite errare, putantes vobis solam fidem sufficere ad salutem, cum omne peccatum permanentes excludat à regno, sicut ad Galatas ait: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, contentiones, ira, & his similia, quae praedico vobis: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ideo autem addit, & his similia, ne quis negaret praeter haec alia esse peccata, quae regnum Dei prohiberent intrare.

z ¶ Et haec aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.] Nolite de praeteritis timere peccatis, tantum ne post baptismum delinquatis. Aut qui vt assoler praeventus fuerit, ad penitentiam conuertatur. Item omnia peccata, baptismi gratia diluantur. Item alia expositio. Hoc contra haereticos dicit, qui Christum & spiritum sanctum à Deo patre separare conantur. Hic enim ostenditur quoniam sicut pater, ita & Christus & spiritus sanctus peccata abluit, iustificat atque sanctificat.

a ¶ In nomine domini nostri Iesu Christi & spiritus Dei nostri.] Abluti in nomine Christi, sanctificati per spiritum Dei.

b ¶ Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.] Qui de fornicatione tractabat, voluit gulam & intemperantiam, materiam fornicationis ostendere, & simul destruere. Item hoc dicit: quia liberi sum arbitrij, & licet mihi agere quod velim, non tamen debeo ipse aliquo peccato esse subiectus.

c ¶ Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.] Licet nobis manducare & bibere: sed si minimum ventri subditi fuerimus, ipsum licitum trahit nos ad illicita, hoc est, ad fornicationem: ita & de omnibus intelligendum, quae cum peccatum non sint, occasiones tamen possunt capere delictorum.

d ¶ Quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini: sed vos iniuriam facitis & fraudatis.] Cum illata secundum euangelij preceptum, & domini exemplum patienter sustinere deberetis, vose contrariò non solum non sufferitis, sed etiam non facientibus irrogatis.

e ¶ Et hoc fratribus.] Quod nec inimicis reddere deberetis, fratribus facere non timeris.

f ¶ An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt.] Quod regnum Dei non possidebunt, nisi omnia peccata baptismi gratia diluantur.

g ¶ Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriofus, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.] Nolite errare, putantes vobis solam fidem sufficere ad salutem, cum omne peccatum permanentes excludat à regno, sicut ad Galatas ait: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, contentiones, ira, & his similia, quae praedico vobis: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ideo autem addit, & his similia, ne quis negaret praeter haec alia esse peccata, quae regnum Dei prohiberent intrare.

h ¶ Et haec aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.] Nolite de praeteritis timere peccatis, tantum ne post baptismum delinquatis. Aut qui vt assoler praeventus fuerit, ad penitentiam conuertatur. Item omnia peccata, baptismi gratia diluantur. Item alia expositio. Hoc contra haereticos dicit, qui Christum & spiritum sanctum à Deo patre separare conantur. Hic enim ostenditur quoniam sicut pater, ita & Christus & spiritus sanctus peccata abluit, iustificat atque sanctificat.

i ¶ In nomine domini nostri Iesu Christi & spiritus Dei nostri.] Abluti in nomine Christi, sanctificati per spiritum Dei.

j ¶ Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.] Qui de fornicatione tractabat, voluit gulam & intemperantiam, materiam fornicationis ostendere, & simul destruere. Item hoc dicit: quia liberi sum arbitrij, & licet mihi agere quod velim, non tamen debeo ipse aliquo peccato esse subiectus.

k ¶ Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.] Licet nobis manducare & bibere: sed si minimum ventri subditi fuerimus, ipsum licitum trahit nos ad illicita, hoc est, ad fornicationem: ita & de omnibus intelligendum, quae cum peccatum non sint, occasiones tamen possunt capere delictorum.

l ¶ Quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini: sed vos iniuriam facitis & fraudatis.] Cum illata secundum euangelij preceptum, & domini exemplum patienter sustinere deberetis, vose contrariò non solum non sufferitis, sed etiam non facientibus irrogatis.

m ¶ Et hoc fratribus.] Quod nec inimicis reddere deberetis, fratribus facere non timeris.

n ¶ An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt.] Quod regnum Dei non possidebunt, nisi omnia peccata baptismi gratia diluantur.

a ¶ Deus

DHIERO
TOM. 7. 8

Ecc. 19. a

Matt. 5. f

Matt. 5. d

Gals. d

E

G

a ¶ Deus autem hunc & has destruet. Et hæc duo, id est, escam & ventrem, & hominem his subditum & voluptatibus seruientem. Item in resurrectione mortuorum non destruetur ventris substantia, sed escæ ciborum, & ventris opera cessabunt. Quoniam regnum calorum, sicut idem Apostolus ad Romanos dicit, neque esca neque potus est.

Rom. 14. c

b ¶ Corpus autem non fornicationis sed domino, & dominus corpori. Non fornicationi sed domino exhibetur, & dominus corpori copulabitur. Dominus enim nobiscum est, quandiu fuerimus cum illo, si dereliquerimus eum, & ille nos derelinquet.

c ¶ Deus verò & dominum suscitavit. & nos suscitabit per virtutem suam. Quia caput nostrum suscitabit, & nos suscitabit: si tamē eius mēbra per sanctitatem esse mereamur.

d ¶ Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Omnis ecclesia corpus Christi est, singuli autem membra.

e ¶ Tollens ergo membra Christi. Tollit Christi membra, id est, abscindit se à corpore Christi, qui iunctus est meretrici.

f ¶ Faciam membra meretricis. Absit. Non dixit, fornicatoris, vt ostenderet eum eiusdem & criminis esse, & nominis, cuius illa est. Apud homines enim minus videtur viri, quàm mulieris admittum.

F

g ¶ An nescitis, quoniam qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur: erunt enim, inquit, duo in carne vna. Quomodo cum vxore licite, ita & illicitè cum meretrice vna caro efficitur per amorem.

h ¶ Qui autem adheret Deo, vnius spiritus est. Quomodo per carnis opera, caro fit ita per opera Dei, spiritus efficitur.

i ¶ Fugite fornicationem. Cuius cūmen videtis esse grauissimum.

k ¶ Omne enim peccatum quodcumq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Omne peccatum potest & ab vno committi: qui membrum dici potest, non tamen corpus. In fornicatione autem duo pereunt, etiam corpus. Grauius ergo malum est, in quo duæ animæ moriuntur. Grauari vult fornicationis causam, quæ illis per consuetudinem leuissima videbatur. Item alia expositio. De his qui sunt in coniugio constituti, Apostolus sumit exemplum. Quomodo, inquit, scriptum est. Erunt duo in carne vna, id est, vir & vxor, vnum corpus efficitur: Vnde si aliquis ipsorum fuerit fornicatus, peccat in alium quasi in proprium corpus. Residua autem peccata, specialia vniuscuiusque sunt, nec alterum condemnant.

Gm. 2. d

l ¶ An nescitis, quoniam membra vestra, templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est: quom habetis à Deo. Cui grauissimam iniuriam facitis fornicando.

m ¶ Et non estis vestri: empti enim estis pretio magno. Qui non est suus, non debet suæ voluntati seruire, sed illius à quo emptus est, secundum ipsius iussum dicentis: Qui vult post me venire, abneget semetipsum sibi. Si enim homo à seruo pauca pecunia comparato, continuam exigat seruitutem: quanto magis ille qui nos sua morte redemit: Sicut ait Petrus: scientes quòd non corruptibilibus, argento vel auro redempti estis de vana vestra conuersatione patris traditionis, sed pretioso sanguine: quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Aliter: Rescindit emptionis pactum quisquis inculcauerit ius testamenti, & à serui conditione alienus est, qui libertate suæ voluntatis non impeditur.

Luc. 9. c

1. Pet. 1. d

n ¶ Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Glorificate Deum actibus vestris, & portate eum, eius imaginem con-

seruando, sicut ait alibi. Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem celestis.

CAPVT VII.

D Equibus autem scripsistis mihi. Incipit de coniugijs, ante enim expugnauit illicita, quàm de licitis loqueretur.

p ¶ Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnaqueque suum virum habeat. Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Bonum fuerat illud quod vobis in primordio prædicauit, hoc est secundum coniugij vsum, non tangere mulierem. Sed quoniam multos incontinentes huic doctrinæ scripsistis refragari, concedatur remedium, ne fornicando moriantur. Ergo hoc Apostoli exemplo, in primis virginitas & continentia prædicatur. Et si quis se incontinentem non erubuerit confiteri, in linguam incontinentiæ reclamanti, non denegetur remedium nuptiarum. Quomodo si peritus medicus inquieto agro, & neganti se posse à pomis omnibus abstinere, concedat aliquantum, ne ille perniciosè præsumat. Incontinentiæ reuera vsum, & tempore, & ætate, & loco, & infirmitate perhibetur. Castitas vero potest ingeri custodiri.

q ¶ Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Corpus dicitur omne quod iungitur. Sicut ergo mulier corpus dicitur viri, ita & vir corpus mulieris appellatur. Ideo neque si voluerit mulier contraire, in corpore suo, id est, in vxore, vir poterit dominari. Dubium autem non est, multo magis nolente viro, neque in virum mulierem posse præualere. Quoniam ergo de duobus incontinentibus dicit, concedit ex necessitate Apostolus, vt in idipsum, quia vtrique incontinentes sunt, reuertantur: ne intercedente quacunq; dissensionis causa, ambo fornicationis crimen admittant: quia vtrique sunt incontinentes. Ceterum autem si vnus è duobus, considerans præmium castitatis, voluerit continere, incontinenti assentire non debet: sed ita agere, vt videndo continentiam illius prouocetur incontinens: quia luxuria ad continentiam transire debet, non ad luxuriam continētia

rò potest ingeri custodiri. Illud ergo debemus appetere, quod facilius custodire sine impedimento vilo possumus & in perpetuo possidere. Sed obijcere amatores luxuriæ solent. Vt quid ergo prima Dei benedictio, crescere & multiplicare concessit: Vt terra scilicet repleretur: quia iam impleta, debemus ab incontinentia temperare. Sed potuit, inquit, omnes homines de terra formare, si semper illi vsum coniugij non fuerat placiturus. Sed non queritur quid potuit, sed quid fecit, cui omnia possibilia sunt. Ipsam denique Eam noluit de terra facere, sed de costa. Si autem putas nobis antiqua tempora in omnibus conuenire, imitare Adam, qui filiam (vt ita dixerim) suam accepit vxorem. Cain similiter, si non pudet & ceteros, qui proprias in matrimonium accepere sorores. Quod si fieri non debet, omnia dominum secundum præscientiam suis temporibus ordinasse credamus, vt qui tunc terram impleri voluit, modò plus diligit castitatem, eui & grande præmium repromittit. Illud etiam dicendum est, quòd nec secundum vetus testamentum, quosdam vxores habuisse videamus. Quia ibi vxores liberorum causa habere permillum est, non propter nimiam libidinem exercendam, qui in hoc etiam animalibus deteriores esse noscuntur, quo necando filios, probant se nò filiorum causa nupsisse. Qui autem ea sola causa coniungitur, statim se abstinet post conceptum. Et cessante iam per ætatem partu, cessat & vsum.

CAPVT VII.

¶ bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat: vnaqueque suum virum habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Corpus dicitur omne quod iungitur. Sicut ergo mulier corpus dicitur viri, ita & vir corpus mulieris appellatur. Ideo neque si voluerit mulier contraire, in corpore suo, id est, in vxore, vir poterit dominari. Dubium autem non est, multo magis nolente viro, neque in virum mulierem posse præualere. Quoniam ergo de duobus incontinentibus dicit, concedit ex necessitate Apostolus, vt in idipsum, quia vtrique incontinentes sunt, reuertantur: ne intercedente quacunq; dissensionis causa, ambo fornicationis crimen admittant: quia vtrique sunt incontinentes. Ceterum autem si vnus è duobus, considerans præmium castitatis, voluerit continere, incontinenti assentire non debet: sed ita agere, vt videndo continentiam illius prouocetur incontinens: quia luxuria ad continentiam transire debet, non ad luxuriam continētia

H



A declinare, quamuis plurimę mulieres castitati contradicant. Ita illum qui voluerit continere, agere debere, vt incontinentia assentiat in idipsum: ne, dum ille cōtinet, illa peccet. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Nec enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. Neq; enim vocauit nos Deus in immunditia, sed in sanctificatione. Aliter: quia voluit viro esse subiectam, solum sibi abstulit libertatem.

a ¶ *Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum.* Negare videtur incontinentes orationi posse vacare: quā in eo vtique minor est communioni: qua catechumeni & pœnitentes orant, qui cōmunicare non possunt. Non solum hoc in nouo, sed etiam in veteri testamēto sanctificantur à muliere: vt descendenti domino in montem, assistere mereantur. Hic probatur quid possit perpetua continentia, si tantum valuit triduaana. Vnde & in Regnorum libro panem sacerdotalem nō nisi continentes accipiūt. Quam ob causam necessitas legem soluere venialiter potuit suffragio charitatis. Vnde Petrus hortatur nostras orationes minimē impediri debere.

1. Reg. 21.

1. Pet. 3. b

b ¶ *Ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.* Notādum quōd ad duos respiciens incontinentes, vni non preiudicat cōtinenti. Item ne vno se retrahenti, alius fornicetur.

B

c ¶ *Hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo autem omnes vos esse sanctos sicut me ipsum.* Hoc vt paruulis indulgeo, non præcipio vt perfectis: nam omnes homines cupio mihi similes inueniri. Noui enim quanta castitas mercede pensetur. Nunquam hoc voluisset apostolus si fieri omnino non possit.

d ¶ *Sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic.* Hoc est, proprię voluntatis accepit donatum.

e ¶ *Dico autem non nuptis & viduis.* Incipit aliam causam de innuptis.

f ¶ *Bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego.* Magnoperē appetendum est, quod à tanto doctore laudatur.

g ¶ *Quid si non se continent, nubant.* Notandum quōd incontinentibus nuptiæ concedantur.

Gen. 38. f

h ¶ *Melius est enim nubere quā vri.* Malo fornicationis melius est, quod igne punitur: sicut Iudas in Genesi de sua nuru pronunciat.

i ¶ *His autem qui matrimonio iuncti sunt.* Item de coniugijs minimē causa aliqua dimittendis.

k ¶ *Præcipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere.* Prohibet dimitti quacunque ex causa, ne alijs coniungantur secundum consuetudinem Iudæorum, quam dominus interdixit, dicens: *Quicumque dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, & aliam duxerit, moechatur.* Aliter: *Præcipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere.* Non quia in se non habebat Christum loquentem, hæc dicit, se vt ostendat quia ipse dominus per semetipsum de hoc in euangelio dixit.

Matt. 19. b

l ¶ *Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat.* Si ob aliquam causam discesserit, alij non nubat, aut suo viro si voluerit, reconcilietur: quia hoc quam alteri nubere melius esse manifestum est.

m ¶ *Nam ceteris dico ego, non dominus.* Consilium do, quod mihi vile esse videtur.

n ¶ *Si quis frater vxorem habet infidelem, & hec consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illo, non dimittat virum.* Si quis solus crederit è duobus, non quo permiserit fidelem infideli coniungi. Non enim dixit, si quis ducit, sed si quis habet infidelem.

o ¶ *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem.* Exemplum refert: quia tæpè contigerit, vt lucriferet vir per mulierem. Vnde & beatus Petrus ait: *Vt si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, id est, cum viderint eas in melius commutatas, cognoscant omnes Deilegem ita consuetudine inueterata potuisse mutari.* Item ideo vir & vxor inuicem sanctificantur: quia ex traditione Dei, sanctæ sunt nuptiæ.

1. Pet. 3. a

p ¶ *Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.* Si non ita esset vt dico, filij vestri adhuc infideles permanerent: sæpè enim contingeret, vt filij illos parentes qui crediderant, sequerentur. Sub qua spe credi voluit, alterum saluari posse, tã liberorum exemplo, quā coniugis.

D

q ¶ *Quod si infidelis discedit, discedat.* Maritus enim vel vxor non sunt domino præferendi.

r ¶ *Non enim seruituti subiectus est frater vel soror in eiusmodi.* Non enim ita ligatus est in eiusmodi causa, quasi verè illi seruire necesse sit, & propter alterum interire.

s ¶ *In pace autem vocauit vos Deus.* Cæterum non ad dissidium sumus vocati, vtrò ergo discedere non debemus.

t ¶ *Vnde enim scis mulier, si virum saluam facies?* In dubium quidem posuit, sed semper ambigua in melius euenire credenda sunt. Simul querendum, quomodo superius sanctificatus dicatur, de cuius hic salute dubitatur, nisi secundum hunc quem exposuimus intellectum.

v ¶ *Aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies.* Si per te credat & salua sit.

x ¶ *Nisi vnicius, sicut diuisit dominus. Vnumquemque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesijs doceo.* Vel cum infideli coniuge, vel etiam cum fidele, siue in præputio, siue circumcisus, seruus aut liber.

y ¶ *Circuncisus aliquis vocatus est, non adducat præputium: in præputio autem aliquis vocatus est, non circumcidatur.* Non putet se superflue circumcisum, nec de hoc pœniteat, fuit enim suo tempore necessarium. Siue hoc modo, Non adducat præputium, quo sine legis ceremonijs viuat: quia tunc quibusdam Apostoli per mittebant opera legalia custodire, ne subito à lege retracti, scandalum paterentur. Item alia expositio. Euidens est hoc loco, non hic de circuncisione carnis aut præputio Apostolum loqui: neque enim fieri potest, circumcisum aliquem posse præputium adducere, sed ad eos sermo est, qui sunt in coniugio constituti: hoc enim dicit. Si quis ad fidem Dei accesserit vxorem non habens: postmodum gentilem coniugem non debet accipere. Si autem in tali copula constitutus, ad fidem fuerit vocatus, non debere eum coniugale vinculum soluere.

a ¶ Cir-

DHIERO
T. M. 7. 8

E

a ¶ Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei.] Hoc tempore nec prodesse poterit, nec obesse.

b ¶ Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat: servus vocatus es, non sit tibi cura.] Christianæ religioni conditio non potest obesse servilis, ne dicas ergo, quomodo Deo possum placere, qui servus sum? Deus enim non conditionem aspicit, sed voluntatem quærit & mentem.

c ¶ Sed & si potes fieri liber, magis vtere.] Vsq; adeo non prodeit libertas, nec servitus nocet. Itē similiter ad eos qui matrimonio iuncti sunt, Apostolus loquitur, dicens. Sed & si potes liber fieri, magis vtere: si tamē tibi pudice volenti servire, nō fuerit molesta: quando fuerit tuo consortio, etiam ipsa ad Deum possit conuerti.

d ¶ Qui enim in domino vocatus est servus, libertus est domini, similiter qui liber vocatus est, servus est Christi.] Qui hominis servus est, liber est Deo: & qui hominibus liber est, servus est Christi. Ambo ergo vñ sunt. Non est enim peronarum acceptio apud Deum.

e ¶ Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. Vnusquisque ergo in quo vocatus est frater, in hoc permaneat apud Deum.] Pretio empti estis, hoc est, Christi sanguine comparati, nihil ergo propter homines faciatis, sicut alibi ait. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed quasi servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, &c.

f ¶ De virginibus autem.] Et de hoc consuluerant ubi esset præcepta virginitas.

g ¶ Præceptum domini non habeo.] Quod sub præcepto est si non impleatur, punit. Impletum morte tantum caret: quia nihil ex se dat, sed quod debet exoluit.

h ¶ Consilium autem do.] Consilium est autem Saluatoris dicentis. Sunt qui se castrauerunt propter regnum celorum.

i ¶ Tanquam misericordiam consequutus à domino.] Suo exemplo docet, non nisi in domino gloriam.

k ¶ Vt sim fidelis.] Domini mei semper servitio occupatus.

l ¶ Existimo ergo hoc bonum esse.] Hic existimo, non pro dubio posuit, sed pro certo, sicut & illud: Puto enim quod & ego spiritum Dei habeo.

m ¶ Propter instantem necessitatem.] Id est, præsentis vitæ sollicitudinem, quæ multum potest obesse iustitiæ: & qua præcipue iuncti matrimonijs implicantur.

n ¶ Quoniam bonum est homini sic esse.] Duplex bonum est, & sollicitudinis mundi carere, & virginittatis præmium expectare.

o ¶ Alligatus es vxori, noli querere solutionem: solutus es ab vxore, noli querere vxorem.] Ita vult solutos non ligari: quomodo nec solui dissidio ligatos admittit.

p ¶ Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, &c.] Quia liberæ voluntatis es, si non vis esse maior, esto vel minor. Nuptiæ enim peccatum non sunt: sed per sollicitudinem mundi qui nubunt, legem servare vix possunt. Aliter: Illos dicit non peccare si nubant, qui nondum Deo vouerint castitatem. Caterum qui vel in corde suo promisit, si aliud fecerit, habet damnationem: quia primam fidem irritam

fecit. Quod enim erat licitum, per votum sibi fecit illicitum: sicut Anania & Sapphira, quibus de pretio possessionis suæ retinere nihil licuit: Ob quam causam & subita morte prostrati sunt.

q ¶ Tribulationem tamen, &c.] Maledictio se Eua subiicientes, siue sollicitudinem sæcularis tribulationis & tristitiæ patientur.

r ¶ Ego autem vobis parco.] Vobis virginibus, vt minori labore maiorem possitis implere iustitiam.

s ¶ Hoc itaque dico fratres.] Hic omni intentione etiam habentes vxores ad cōtinentiam cohortatur: vt multo magis sua deat nō nubere non habentes.

t ¶ Tempus breue est, &c.] Tempus vitæ nostræ modicum asserit: vt doceat voluptatem, quæ cito finitur, non magnoperè appetendam, sed magis concupiscendū esse æternum præmium castitatis.

u ¶ Et qui flent, tanquam nō flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.] Quia & istud in breuitranfibit: tempus enim omnis rei sub sole, tempus plangendi, &c.

x ¶ Præterit enim figura huius mundi.] Hoc sæculum, quasi umbra pertransit. Nolite ergo de eo multum esse solliciti, ne huius possessione perdati æternam. Et figuram quærentes, incipiatis amittere veritatē. Hic enim mundus, imago futuri est. Si ergo talis est imago, ipsa veritas qualis est? Vnde si hoc tam impense diligitis, quanto magis illud impensus amare debetis? Nam sæculū hoc nos dimissuros, quotidiana morientium exempla testantur. An fortè nos solos credimus immortales, quasi non simus ex

hominibus generati? Vnde sapiens semper aiorū casibus emendatur, dicēte scriptura: Cor sapientis in domo lactus. Hic enim finis omni homini: & cui vult, dabit bonum in corde suo.

y ¶ Volo autem vos sine sollicitudine esse.] Debemus & nos velle, quod Apostolus velle se dicit: ne incontinentes, contra eius videamur facere voluntatem.

z ¶ Qui sine vxore est, &c.] Multum nobis expedit sollicitudine carere mundana, ne fortè spina suffocent semen, & dicere incipiamus: Villam comparavi, boues emi, vxorem duxi: ad cenam venire non possum.

a ¶ Quomodo placeat vxori.] Quale est vxori magis velle placere quam Deo.

b ¶ Et diuisus est.] Quod diuisum est, vnum non potest esse: quia vnitas diuisionem omnino non accipit.

c ¶ Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu.] Corpore, ab vñ coniugali: spiritu, à terū mundanarum sollicitudine: dum tota diuino seruitio mancipatur.

d ¶ Quæ autem, &c.] Nuptam viro placere asserit cogitando quæ mundi sunt, innuptā verò de eo quod illi nulla cura sit sæculi.) Quæ ergo virū non habet, & tamē quæ mundi sunt, cogitat: cui placere desiderat? Nonne incipiet illi nupta præponi, quæ cogitando mundana, complacet vel marito: cum hæc nec marito quem non habet, possit placere, nec Deo.

e ¶ Porro hoc ad vilitatem vestram dico: non vt laqueum, &c.] Necessitatem illis videtur imponere: Dicit, se quid illis

expediat

G
Act. 8.

H

Eccles. 7. a

Luc. 14. d

F
Ephes. 6. a

Mat. 19. h

A

expediat commonere eos. Simul attende: quia si hoc illis vile erat quod Apostolus suadebat: illud minus vile erat quod illi volebant.

a ¶ Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta. Turpis videri potest, si cupientem virginem suam, nubere non permittat: & illa fuerit fornicata. Item hoc loco non parentes dicit virginum filiarum: neq; enim potestatis illorum potest esse propositum alienae continentiae: sed vnumquemq; habere propriae carnis arbitrium, eam in corruptam seruare.

b ¶ Et ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat, si nubat. Si ita necesse fuerit propter filiae voluntatem: nam parentes quidem vsque ad legitimam aetatem custodire debent & docere, quod melius est: si autem illa noluerit, fiat quod necesse est.

c ¶ Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntatis: hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suam, bene facit. Ille firmus statuit, cuius puellae consensus, patris firmauerit voluntatem. Et non illum compellit filiae necessitas facere quod nolebat, sicut illum de quo supra loquitur est.

d ¶ Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Ita concludit virginum causam, vt eas faciat in omnibus meliores. Vnde prudētibus semper meliora & perfectiora sectanda sunt: quia nec in saecularibus & caducis norunt mediocribus esse contenti.

e ¶ Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuuit. Hic incipit de bigamis & viduis.

f ¶ Quod si dormierit vir eius, liberata est à lege, cui autem vult, &c. Secundum legem libera facta est vinculo coniugali. Quod si nec tunc continere voluerit, cōceduntur illi etiam secundae nuptiae, tantum vt in fidelium ritu non nubat.

g ¶ Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. Beata habens maritum, si custodiat castitatem. Beatior vidua: quia minor in labore, maiorem inueniet castitatē. Beatissima virgo, quae sine labore ad summum praemium possit peruenire.

h ¶ Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam. Ne meum consilium tanquam humanum contemnat.

CAPVT VIII.

DE his autem quae idolis sacrificantur. Incipit de idolothytis, de quibus etiam dixerat. Quia quidam in tēplis edebant, idolum nihil esse dicētes: & creatura Dei se debere vtj & errabant verisimilis ratione decepti, hoc increpandum Apostolus dicit ad eos qui habent scientiam iudicandi, nihil esse quod idolis immolatur. Hoc ergo ait.

k ¶ Scimus, quia omnia scientiam habemus. Id est, non omnibus est notitia. Et nos omnes nouimus sicut vos: sed sunt aliqui qui ignorant.

l ¶ Scientia inflat. Illa scientia quae ex sensu proprio & humano descendit, eos qui praeter eam diuinā non habuerint, inflat: & quae coniecturis magis nititur, quam exemplis. Ceterum si diuina inflat, vt quidam putant, quare illos amplius

vult docendo inflare: Et in principio ipsius epistole, gratias se dicit Deo agere, quod omni scientia sint repleti, suū quoq; alibi proponit exemplū dicens: Et si imperitus sermone, sed non scientia. Saepe etiam arguit ignorantes. Et ignorantiam tenebris comparauit. Galatas aequae stultitia notat, nec non

Ephesijs lumen sapientiae suppliciter deprecatur.

m ¶ Caritas verò edificat. Quia non quaerit quae sua sunt, sed quae edificent fratres.

n ¶ Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit, &c. Si quis sibi videtur sapiēs, stultus est: quoniam verē sapiens est, in sapientiore se omnibus arbitrat. Vnde Salomon ait: Vidi virum qui sibi sapiens esse videbatur, & spem habuit insipiens magis quam ille.

o ¶ Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Ille diligit Deum, qui edificat fratres, sicut dicitur Petro. Si amas me, pasce oves meas.

p ¶ De eis autem quae idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus, nisi vnus. Repetit quod superius dixerat se scire, & quid sit, euidentius ostendit.

q ¶ Nam & si sunt qui dicantur dij, siue in caelo, siue in terra: si quidem sunt dij multi, & domini multi. In caelo, angeli: & sancti, in terra, de quibus dicitur. Ego dixi, dij estis: & domini sunt sancti eorum, quos iudicabunt, de quibus dicitur: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.

r ¶ Nobis tamen vnus est Deus pater. Cuius virtute ex nihilo omnia sunt creata. Item hunc locum haeretici ita accipiunt, personam patris filijque separantes, vt dicant vnum Deum

patrem, ex quo omnia, & dicunt domino, id est, Christo esse maiorem, per quem omnia. Haec autem & filio sicut patri esse communia, idem Apostolus ad Romanos docet, dicens.

Quis enim cognouit sensum Domini, id est, Christi, non Dei patris, sicut ille dicit & intet, dicens. Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Item per quem, etiam Deo patri asserbit, idem Apostolus in eadem epistola dicens. Fidelis Deus per quem vocati estis in communionem filij eius IESV Christi Domini nostri.

s ¶ Ex quo omnia, & nos in illo, & vnus Dominus Iesus Christus. Calumniam ex hoc loco cōmouent Ariani, quod cum vnus tantū Deus dicitur pater, filius à Deitate se iunctus sit. Quibus respondendum: si ideo non est filius Deus, quia vnus est Deus pater. Ergo & pater non erit dominus, quia vnus est Dominus Christus. Si enim autem pater non excluditur à dominatione, nec filius à Deitate: sed vtrumque vtrique commune est.

t ¶ Per quem omnia, & nos per ipsum. Per filium omnia facta sunt: sed & nos per ipsum sumus saluati.

u ¶ Sed non in omnibus est scientia. Non omnes sciunt: quia per contemptum idolorum, & non magis venerationis gratia manduceatis.

x ¶ Quidam, &c. Quidam ignari sic habent: adhuc in conscientia sua, quomodo antequam crederent, manducabant.

y ¶ Esca autem nos non commendat Deo. Sicut dicit Aggaeus propheta: Et si manducastis & bibistis, nonne vobis manducastis & bibistis?

z ¶ Neque enim si manducauerimus, abundabimus, & cetera. Cui enim

C

1 Pet. 2.6

1 Ioan. 2.1

D

1 Pet. 1.1

Sapi. 3.6

Rom. 11.4

1 Cor. 1.1

Aggaei. 1.6

enim

DHIERON
TOM. 7. 8

E enim dubium est, nullum neque manducando abundare, neque non manducando egere: cum econtrario illis magis formidanda inopia sit, qui gulam retinere non norunt. Sed quia magnitudini fidei suae, quae idolis immolata sunt vesci, ascribentur: ideo Apostolus neque in illis edendis fidei abundantiam, neque in non edendis inopiam esse testatur.

a ¶ Videte autem ne forte haec licentia vestra. ¶ Videte ne quod vobis sufficere minus creditis, alijs obfit. Potest & illis dici qui deserviunt exemplo, quod edificificant verbo.

b ¶ Offendiculum fiat infirmis. ¶ Ne per vos offendant & cadant.

c ¶ Si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolo recumbentem, &c. ¶ Quicumque scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei vt mola asinaria suspendatur collo eius, & mittatur in profundum maris. Quanto grauior poena illos expectat, vt ad comparatione illius, hoc quod grauisimum est, leue putetur. Et notandum quod in Christo peccare dixit, qui in membro peccauerit Christi.

d ¶ Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, &c. ¶ Non solum esca, sed omnia quae scandalizare poterunt fratrem.

CAPVT IX.

F Non sum liber, non sum Apostolus. ¶ Sicut alij? Nunquid non sum, suam illis replicat formam: quod etiam licita contempserit, ne alij eius infirmarentur exemplo.

¶ Nonne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in domino? Et si alij non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. ¶ Ad quos non sum directus a domino, id est, ad Iudaeos.

¶ Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino. ¶ Indicium apostolatus meum est, quod per me domino credidistis, signis & virtutibus prouocati.

¶ Mea defensio apud eos. ¶ Inde Apostolus esse defensor.

¶ Qui me interrogant, haec est. ¶ In Graeco habet, iudicant.

¶ Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? ¶ Habemus potestatem concelsam a domino de sumptu vestro viuendi, sine nostro labore.

¶ Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circunducendi. ¶ Non dixit, mulieres ducendi, ne de vxoribus dicere putaretur: sed circunducendi, inquit, per prouincias, quae necessaria de suis facultatibus ministrarent.

¶ Sicut & ceteri Apostoli & fratres Domini & Cephas? Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? ¶ Non illos condemnat, sed suum dat exemplum. Illi enim fidelioribus praedicabant: & apud Iudaeos antiqua haec erat consuetudo, vt necessaria doctoribus a discipulis praebentur: quod gentes adhuc rudes poterat scandalizare.

¶ Quis militat. ¶ Alijs etiam exemplis probat sibi debitum hoc fuisse.

o ¶ Suis stipendijs vnquam. ¶ Suis, & non publicis, vel eorum pro quibus militat.

p ¶ Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit: quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? ¶ Per comparationem vineae & gregis, populum vult intelligi: sicut ibi: Vineam de Aegypto transtulisti. Et iterum: Da vobis pastores secundum cor meum: & pascite vos cum disciplina.

¶ Nunquid secundum hominem haec dico? ¶ Id est, nunquid proprio tantum sensu loquor?

¶ An & lex haec non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, &c. ¶ Quomodo ergo ei de pecoribus cura est? Et ad Ionam de Ninive dicitur in qua sunt homines & pecora multa: Sed de ipsis propter hominem cui creata sunt, cura est: nam deficiente homine, & ista deficiunt: non tamen proprie Dei curam merentur.

¶ Quoniam debet in spe qui arat arare: & qui triturat in spe fructus percipiendi. ¶ Debet fructum sui laboris percipere: & qui triturat, debet de ipsa area manducare.

¶ Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est, si nos carnalia vestra metamus. ¶ Si vobis spiritualia & diuina seminauimus, nunquid grauabimus vos, si a vobis, quae carni opus sunt, velimus accipere?

¶ Si alij potestatis, &c. ¶ Si illi a vobis acceperunt, quibus minime debeatur, Pseudoapostoli scilicet, quos nihil vobis certum est contulisse: quanto magis nos accipere poterimus, si vobis esse vtile sentiremus.

¶ Sed non vsi sumus hac potestate, &c. ¶ Hoc est, fame & sitim, nuditatem libentissime toleramus: ne per nos aduersarijs occasione accepta deuorantibus offendatis. Aut ne cui praedicatio nostra in aliquo reprehensibilis videatur, auaritie suspicione maculata.

¶ Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant. ¶ Apud Iudaeos secundum consuetudinem veteris testamenti, etiam hoc exemplum eadem repetendo confirmat.

¶ Ira & dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere: ego autem nullo horum vsus sum. ¶ Dicens: Dignus est operarius mercede sua.

¶ Non autem scripsi haec, vt ita fiat in me. ¶ Non haec idcirco scribo, vt vel modo fiat quod ante factum sit: sed vobis exempla praebere tam proprii, quam alieni discriminis: saltem ab illicitis abstinere, cum videatis me aliorum causa salutis, debita non minus quam licita contempsisse.

¶ Bonum est enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. ¶ Etiam si fame moreret, propositum meum, de quo ante Deum glorior, nunquam potest immutari.

¶ Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. ¶ Cum omnia feceritis praecipita, debita vos dicite

G

Psal. 79. a Hier. 3. c

Deut. 25. c

H

Matt. 18. a

A dicite perfoluisse. Non enim aliquid amplius fecistis, unde gloriari possitis.

a ¶ *Vt enim mihi est, si non euangelizauero.*] Damnationem habeo.

b ¶ *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, &c.*] Tunc magis videbitur voluntarium, si amore eius licita contemnantur.

c ¶ *Qua est ergo merces mea, &c.*] Quali interroget, unde maiorem possit habere mercedem: & ipse respondet, si gratis annuntiem, nec acceptam exterceam potestatem.

d ¶ *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, &c.*] Cum posse vti libertate mea, & de ceteris non curare: omnibus tamen compassus sum, vt eos facerem saluos.

e ¶ *Et factus sum Iudeis tanquam Iudeus, vt Iudeos lucrarem.*] Quando se purificauit in templo: quod tempore gratia sciebat esse superfluum.

f ¶ *His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem.*] Ostendit quomodo fuerit cum ipsis & ipse Iudeus. Potest & ita intelligi, quod Samaritanos dixerit esse sub lege, qui legem tantum Moyssi videntur accipere.

g ¶ *Cum ipse non essem sub lege, &c.*] Non est sub lege litera, qua peccatoribus data esse perhibetur.

h ¶ *His qui sine lege erant, &c.*] Sine lege litera: & a gentibus imprimis solam fidem querebat, quasi non haberet precepta legis Christi, qua illos obseruare doceret: siue in eo quo illos ad fidei credulitatem non tam legalibus doctrinis, quam rationabilibus argumētis prouocabat. Sicut Athenis fecisse perhibetur, philosophos & paganos per philosophiam & ararum titulum exhortando, dum dicit: Circumuii aras vestras: & vt quidam vestrum dixerunt.

i ¶ *Cum sine lege Dei non essem, &c.*] Contra Arianos & Photinianos, quod Deus sit Christus. Etiam hoc notandum quod nouum testamentum lex appellatur.

k ¶ *Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucriferem.*] Propter infirmos olera manducaui, cum securus possem carnis velsci promiscuis.

l ¶ *Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.*] Non aliquid mihi, nec quaerens quod mihi vtile est, sed quod multis. Item aliter, in his qua superius memorauimus: non vt quidam male existimant, illum etiam illicitis consensisse.

m ¶ *Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.*] Vt in eo partem merear habere cum sanctis.

n ¶ *Nescitis quod hi qui in stadio, &c.*] Hic stadij cursum, iustitiae vel fidei coparauit: quia quomodo illic cum omnes intra stadij currunt: non nisi qui bene cucurrerit, dignus praemio iudicatur: ita & hic quamuis intra fidei metas, cuncti credentes contineantur: soli tamen qui iuste vixerint, praemium caeleste percipient. Item hoc loco inter eos qui in stadio currunt, vnum accipientem palmam: significat omnem recte fidem tenentem, & precepta seruantem.

o ¶ *Omnis autem qui in agone, &c.*] Ab omnibus escis, qua cursum eorum impedire consueuerunt.

p ¶ *Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.* Ego igitur sic, &c. sed castigo corpus, &c.] Non in vanum curro vel fingo certamen, sed castigo corpus meum, & seruituti subijcio per abstinentiam & afflictionem atque labores, sicut alibi ait: In ieiunijs multis, in vigilijs, in fame &

in frigore & nuditate, in laboribus, in carceribus, &c. Sicut ad Hebraeos, prophetas, & alios sanctos pallos multa talia memorauit.

q ¶ *Ne forte cum alijs praedicauerim, &c.*] Non faciendo quae dico.

CAPVT X.

Nolo enim vos ignorare fratres, &c.] Ne quis confidens in eo solum, quod baptizatus est: aut in esca spirituali vel potu, putet sibi Deum parere, si peccauerit: tale patrum proponit exemplum, quo ostendat tunc ista merito profutura, si praecpta seruentur.

f ¶ *Et omnes in Moyse baptizati sunt, &c.*] In Moyse, qui Christi typum gerebat. Item haec in illo tempore quasi in vmbra & typo fiebant, non in veritate: postea vero praesentia Christi complentur.

t ¶ *In nube & in mari.*] Quia & nubis proprium humorem portat.

u ¶ *Et omnes eandem spirituales escam manducauerunt, &c.*] Manna, figura corporis Christi fuit.

x ¶ *Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, &c.*] Ostendit Apostolus: quoniam populus Israel quam diu in deserto fuit, per omne iter eorum sequebatur eos petra. Vnde populo cum omni substantia sua fluente suffecerunt: donec peruenientes in terram Moab, putent effoderit aquarum: terra repromissionis in proximo constituta.

y ¶ *Petra autem erat Christus.*] Quia Christus erat postmodum secutus: cuius figuram tunc petra gerebat. Idcirco pulchre dixit, consequente eos petra.

z ¶ *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, &c.*] Ita ergo & vobis erit, si eos volueritis peccando imitari.

a ¶ *Hac autem in figura facta sunt nostri, &c.*] Iplis vere facta sunt quae in figura erant nostra: vt timeamus talia agere, ne talia incurramus. Omnia enim quae in populo Israel illo tempore facta sunt in figura, nunc in nobis in veritate celebrantur. Sicut enim illi per Moysem ex Aegypto liberati sunt: sic nos per quemlibet sacerdotem & doctorem de saeculo liberamur. Deinde Christiani facti ducimur per deserta, vt per exercitum contempus mundi & abstinentiae, in obliuione nobis eant Aegypti voluptates: ita vt nesciamus ad saeculum repedare. Cum vero baptismi mare transumus, tunc nobis diabolus cum suo exercitu tanquam Pharaon demergitur. Deinde manna cibamus, & potum accipimus de Christi latere emanante. Claritas quoque scientiae tanquam columna ignis, in nocte saeculi demonstrantur: & in tribulationis aestu, diuinae consolationis nube protegimur. Post quae omnia si peccauerimus, ista nobis sola suffragari non poterunt: sicut & ad Hebraeos dicitur: Irritam quis faciens legem Moyse, duobus aut tribus testibus, sine vlla miseratione puniatur: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, &c.

a ¶ Neque

DHIERON
TOM. 7. 8

C

Hebr. 11. 5

D

Hebr. 10. 6

E

a ¶ Neque idololatra efficiamini, sicut quidam ex ipsis, &c.] In idolo recumbentium vsque adeo negotium aggrauauit, ut illos idololatas fuisse definiat.

b ¶ Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, &c.] Notandum quod non solum idololatra perire dicuntur.

c ¶ Neque tentemus Christum, &c.] Et hic Christus Deus ostenditur: quia Deum dixisse legitur, tentauerunt me decies.

Num. 14 d
Psal. 77. e

d ¶ Tentauerunt, & à serpentibus perierunt.] Dicentes nunquid potest Deus parare mensam in deserto?

e ¶ Neque murmuraueritis, sicut, &c.] In tribulationibus propter Christum.

f ¶ Hac autem omnia in figura, &c.] Omnia quae illis contigerunt, secundum facta sua quidē receperunt: sed tamen ideo scripta sunt, ne nos putemus impunē peccare. Si enim adhuc paruulis & rudibus non peperit: quanto magis nobis qui legem perfectionis accepimus, non parcat, si talia fecerimus?

g ¶ In quos fines saeculorum deueniunt.] In quos tota temporū perfectio decurrit.

h ¶ Itaque qui se existimat stare, &c.] Videat, ne per hoc ipsum cadat, quod stare firmiter gloriatur: siue videat ne fallatur.

i ¶ Tentatio vos apprehendat, &c.] Non vobis venit extrinsecus ista tentatio, quam vobis sponte generatis: quam etiam si tormentis cogere minis, admittere non deberetis. Hoc ideo dicit: quia spontanea voluntate, immolata idolis manducabant.

k ¶ Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari, &c.] Qui se pollicitus est sui nominis causa tribulationem patientibus affuturum, ut ibi: Multae tribulationes iustorum, &c.

l ¶ Sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere.] Non ampliorem vobis tribulatione venire patietur, quam sustinere possitis.

m ¶ Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura, &c.] Propter omnia quae superius comprehendit.

n ¶ Calix benedictionis cui benedicimus.] Ideo primum calicem nominauit, ut possit de pane latius disputare.

o ¶ Nonne communicatio sanguinis Christi est? Sicut ipse Saluator dicit: Qui manducat carnem meam, & biberit sanguinem meum: in me manet, & ego in eo.

p ¶ Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus.] Ita & panis idololatriae, demonum participatio esse monstratur.

q ¶ Omnes quidem de vno pane & de vno vno calice participamus.] Ita si cum idololatriae de vno pane comedimus, vnum cum illis corpus efficiamur.

r ¶ Videte Israel secundum carnem.] Carnalis Israel carnales hostias offerebat: sicut spiritualis, sacrificia spiritualia offert Christo. Item ideo secundum carnem, quod iuxta litteram non spiritualiter seruierunt.

f ¶ Neque qui edunt hostias, participes sumus altaris? Sicut illi edentes hostias participes fiebant diuini altaris, ita isti similiter idololorum.

t ¶ Quid ergo dico quod idolis immolatum sit aliquid, &c.] Prauenit, ne quis diceret: Ergo dicitis vim aliquam habere idolum,

malorum, sicut & illi concupierunt. a Neque idololatra efficiamini, sicut quidam ex ipsis; quod modum scriptum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. b Neque fornicemur, sicut quidam ex illis fornicati sunt: & ceciderunt vna die vigintitria millia. c Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. e Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt: & perierunt ab exterminatore. f Haec autem omnia in figura continebantur illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, s in quos fines saeculorum deueniunt. h Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. i Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. k Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. m Propter quod charissimi mihi: fugite ab idolorum cultura. Ut prudētibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico. n Calix benedictionis cui benedicimus, o nonne comunicatio sanguinis Christi est? p Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus: q omnes quidem de vno pane & de vno calice participamus. r Videte Israel secundum carnem. s Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? t Quid ergo dico quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Sed quae immolant gentes, demonijs immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum. u Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensam domini participes esse, & mensam demoniorum. x An emulamur dominum? y Nunquid fortiores illo sumus? z Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. a Omnia mihi licent: sed non omnia edificant. b Omne quod in macello venit, manducate: nihil, &c.] Si vultis manducare carnes, saltem de macello comparate, tantum ne in idolo comedatis: & nolite interrogare vtrum immolatae sint, ne cognoscetes vos, omnia immolata esse respondeant: & non possitis propter conscientiam manducare.

u ¶ Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum, &c.] Non potestis & Dei & demonum esse participes.

x ¶ An emulamur dominum.] Alij codices habent: Ipsi me zelauerunt in domino, hoc est, ad zelum prouocauerunt.

y ¶ Nunquid fortiores illo sumus? Qui ista non fecit: nam si scisset, hanc fidem firmissimam comprobare, in hoc quoque dedisset exemplum.

z ¶ Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.] Omnia quae à lege non prohibentur, licent: quia per se non habent peccatum, sed non semper expediunt: quia occasionem nonquam generant delinquendi.

a ¶ Omnia mihi licent, sed non omnia edificant, &c.] Omne quod expedit, licet: non omne quod licet, expedit: sed nos à Apostoli exemplo & Christi non debemus illa tantum considerare quae licent: sed illa potius quae nobis expediunt & edificant fratres, ut non queramus quae nobis solis temporaliter profint, & alijs forte nocent.

b ¶ Omne quod in macello venit, manducate: nihil, &c.] Si vultis manducare carnes, saltem de macello comparate, tantum ne in idolo comedatis: & nolite interrogare vtrum immolatae sint, ne cognoscetes vos, omnia immolata esse respondeant: & non possitis propter conscientiam manducare.

c ¶ Domini est terra & plenitudo eius.] Si domini sunt, munda sunt omnia simpliciter ventibus.

d ¶ Si quis vocat vos infidelium ad canam, & vultis, &c.] Concessit ire, si velint. Tunc sanè debet Christianus ad infidelem ire, si nouit esse profectum: sicut Saluator quia ad hoc ibat, ut aut signa faceret, aut doceret: sicut apud Phariseum, primò ipsum docuit non diuites pascedos esse, sed debiles. Deindè simul discumbentes docuit humilitatem etiam in accubitu custodire. Postremò legis peritos arguit arrogantes: eo quod nec ipsi redarguerent superbiam, nec alios paterebantur.

e ¶ Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.] Ne quis putet illa vos quasi sancta comedere.

f ¶ Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Hoc est, ad quem profectum ita vtor libertate mea, ut me alius reprehendat.

g ¶ Si ego, &c.] Non ideo sub gratia sumus, ut sub libertatis specie, occasionem demus infidelibus blasphemandi.

a ¶ Siue

G

H

A

a ¶ *Sine ergo manducatis, &c.* Nihil magis agendum est Christiano, quam ut in omni opere eius, Dei gloria predicetur: nec aliquid faciat, unde Christi doctrina possit in aliquo reprehendi.

b ¶ *Sine offensione estote Iudæis & gentibus, &c.* Quia & Iudæi tanquam de idololatrijs scandalum patientes, credere non audebant: & gentes in colendis idolis firmabatur: & Christiani tali destruebatur exemplo.

c ¶ *Sicut & ego per omnia omnibus placeo, &c.* Ego me sic exhibeo ut omnibus placeam ad profectum. Si quis me sine causa odisse voluerit, ego non sum in culpa. Nunquam Apostolus ipse se laudat: non se ad extolentiam laudat, sed suo exemplo illos prouocat ad profectum. Unde & nos ad hoc solū debemus velle placere, ut sicut illius tantum Deus nostrā noverit conscientia: quia nō hoc propter fauorem, sed propter salutem hominum facimus.

CAPVT XI.

Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Christus nihil propter se fecit aut passus est, sed salutis causa multorum. Item qui non querit ea quæ sibi solī expediant, sed & pluribus, ut salui fiant, ipse imitator est Christi, qui pro nobis & passus est, & mortuus.

c ¶ *Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis.* Incipit de velamentis: & laudando ad rationē prouocat: quia in hac causa auctoritatem legis non habet quam profert. Hæc irridendo Apostolus dicit, quod eius præcepta minime seruentur.

f ¶ *Et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Quasi legem præcepta mea tenetis, scientes illū in me spiritum loqui, qui in lege locutus est & propheta.

g ¶ *Volō autem vos scire.* Etiam in hoc volo vos instruere, ut illud similiter tenetis.

h ¶ *Quod omnis viri caput, Christus est.* Vir nulli subiectus est, nisi Christo, qui & homo, & Deus est. Mulier verò, & Christo & viro debet esse subiecta.

i ¶ *Caput autem mulieris, vir.* Secundum ordinē naturalem. Cæterum in Christo Iesu neque masculus, neque femina, sed voluit eas esse subiectas.

k ¶ *Caput verò Christi, Deus.* Secundum assumpti hominis formam. Item ideo caput Christi Deus: quoniam susceptam incarnationem secundum hominem, deitasque in eo inerat, gubernabat: sicut idem Apostolus alibi dicit: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.*

l ¶ *Omnis vir orans vel prophetans.* Siue docens, siue futura prædicans.

m ¶ *Velato capite, deturpat, &c.* Venit ad causam: quia & viri comam nutriebant: & mulieres nudo capite procedebant in Ecclesiam, gloriantes in crinibus: quod non solum inhonestum erat, sed etiam concupiscentiæ fomenta præstabat. Vir ergo ut liber, nō debet habere velamen, cuius caput est Christus. Mulier verò debet esse velata, ut ostendatur, quia debet esse humilis & subiecta.

n ¶ *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato, &c. velat caput suum, &c.* In suo sexu, aut in domo.

o ¶ *Vir quidem, &c.* Ergo nec comam nutrire.

* Sine ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. b Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & Ecclesiæ Dei: c sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi vtile est: sed quod multis, ut salui fiant.

CAPVT XI.

Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis: f & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. g Volō autem vos scire, h quod omnis viri caput, Christus est: i caput autem mulieris, vir: k caput verò Christi, Deus. l Omnis vir orans vel prophetans m velato capite, deturpat caput suū. n Omnis autem mulier orans aut prophetans nō velato capite, deturpat caput suum. Vnum enim est, ac si decaluetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi ut decaluari, velet caput suum. o Vir quidem non debet velare caput suū; p quoniam imago & gloria Dei est: mulier autem gloria viri est. q Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. r Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. s Ideo decet mulier velamen habere super caput suum, t & propter angelos. u Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier, &c. Consoletur illas, ne nimium eas grauasse videatur: & nec vir sine muliere potest nasci, nec mulier sine viro.

x ¶ *Nam sicut mulier de viro, &c.* Hoc est, in principio. Potest & ita dici: Sicut Eua ex Adam, ita secundum hominem Christus ex Maria.

y ¶ *Omnia autem ex Deo.* Contra Manichæos, qui negat carnem factam à Deo.

z ¶ *Vos ipsi iudicate, &c.* In ipsorum iudicio ponit, ut sua conscientia conuincantur.

a ¶ *Nec ipsa natura docet vos.* Potest dici, si hoc natura est, quare nō ab omnibus gentibus custoditur? quia illi à natura deciderunt, sicut ex multis alijs comprobatur. Denique sine lege viuunt: & si apud illos loqueretur Apostolus, alijs rationibus vteretur.

b ¶ *Quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comam nutriat, gloria est illi.* Nazarci vt comam nutrirent, ex Dei præcepto deuotissimè faciebant.

c ¶ *Quoniam capilli pro velamine dati sunt ei.* Exposuit quod dixerat, si non velatur & tondeatur.

d ¶ *Si quis autem videtur contentiosus esse.* Præuenit illos, ne quis diceret: vbi scriptum est, vel alijs argumentis huic resisteret rationi.

e ¶ *Nos talem consuetudinem non habemus.* Siue contendendi, siue talia faciendi.

f ¶ *Neque Ecclesia Dei.* Quæ mansuetudini potius quam contentionibus studet.

g ¶ *Hoc autem præcipio.* Considerandum est, quid audierit à domino ille seruus, qui solum acceptum talentum custodiuit. Unde non est laudandus qui non semper crescit in melius: quia fides eo perfectior esse debet, quo senior. Miserum autem est, si semper infans lacte potetur: aut qui literis studet, hoc solum habeat, quod in primis rudimentis accepit. Quanto igitur magis ille sine spe est, qui nō solum non proficit, sed etiam deficit, & illud ipsum penitus obliuiscitur, quod accepit.

h ¶ *Non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis.* Subauditur vitupero, quod in deterius proficitis.

a ¶ Primum

p ¶ *Quoniam imago & gloria Dei, &c.* Vir ad imaginem Dei factus est: & ideo liber est. Mulier verò ad viri similitudinem est formata: unde iubetur esse subiecta.

q ¶ *Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.* Ex costa scilicet viri.

r ¶ *Etenim non est, &c.* Vir propter seipsum factus est: mulier verò ad viri adiutorium creata est.

s ¶ *Ideo debet mulier velamen habere super caput suum.* Velamen signum potestatis esse declarat.

t ¶ *Et propter angelos.* Item hoc loco angelos, ecclesijs præsidetes dicit, sicut & Malachias propheta testatur, sacerdotem angelum esse, dicens. Labia enim sacerdotis, custodiunt scientiam. Et legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Siue verè propter honorem angelorum, qui Ecclesiæ assistere perhibentur.

u ¶ *Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier, &c.* Consoletur illas, ne nimium eas grauasse videatur: & nec vir sine muliere potest nasci, nec mulier sine viro.

x ¶ *Nam sicut mulier de viro, &c.* Hoc est, in principio. Potest & ita dici: Sicut Eua ex Adam, ita secundum hominem Christus ex Maria.

y ¶ *Omnia autem ex Deo.* Contra Manichæos, qui negat carnem factam à Deo.

z ¶ *Vos ipsi iudicate, &c.* In ipsorum iudicio ponit, ut sua conscientia conuincantur.

a ¶ *Nec ipsa natura docet vos.* Potest dici, si hoc natura est, quare nō ab omnibus gentibus custoditur? quia illi à natura deciderunt, sicut ex multis alijs comprobatur. Denique sine lege viuunt: & si apud illos lo-

queretur Apostolus, alijs rationibus vteretur.

b ¶ *Quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comam nutriat, gloria est illi.* Nazarci vt comam nutrirent, ex Dei præcepto deuotissimè faciebant.

c ¶ *Quoniam capilli pro velamine dati sunt ei.* Exposuit quod dixerat, si non velatur & tondeatur.

d ¶ *Si quis autem videtur contentiosus esse.* Præuenit illos, ne quis diceret: vbi scriptum est, vel alijs argumentis huic resisteret rationi.

e ¶ *Nos talem consuetudinem non habemus.* Siue contendendi, siue talia faciendi.

f ¶ *Neque Ecclesia Dei.* Quæ mansuetudini potius quam contentionibus studet.

g ¶ *Hoc autem præcipio.* Considerandum est, quid audierit à domino ille seruus, qui solum acceptum talentum custodiuit. Unde non est laudandus qui non semper crescit in melius: quia fides eo perfectior esse debet, quo senior. Miserum autem est, si semper infans lacte potetur: aut qui literis studet, hoc solum habeat, quod in primis rudimentis accepit. Quanto igitur magis ille sine spe est, qui nō solum non proficit, sed etiam deficit, & illud ipsum penitus obliuiscitur, quod accepit.

h ¶ *Non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis.* Subauditur vitupero, quod in deterius proficitis.

E

a ¶ *Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam.* Incipit de Sacramento.

b ¶ *Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.* Secundum quod mihi à domino reuelatum est, siue quia scio contentiosos vos esse.

c ¶ *Nam oportet & hæreses esse, &c.* Quia tales contentiones habetis, necesse est vtriusque ad hæreses peruenire. Sicut si dicas, ille qui tantum bibit, necesse habet inebriari. Itē non hoc dicit Apostolus, quia debent esse hæreses, sed quia inter se scissuras habebat: ideo dicit, oportet hoc esse, & necesse est hæreses esse.

d ¶ *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam nō est dominicam, &c.* Iam non est dominica, sed humana quando vnusquisque tantam cœnam propriam solus inuadit: & alij qui non obtulerunt, non impetunt, ita vt magis propter saturitatem, quam propter mysterium videamini conuenire. Ceterum dominica cœna omnibus debet esse communis: quia ille omnibus discipulis suis qui aderant, equaliter tradidit sacramenta. Cœna autem ideo dicitur: quia dominus in cœna tradidit sacramenta. Item hoc ideo dicit: quia in Ecclesia conuenientes oblationes suas separatim offererebant, & post communionem quærunt; eis de sacrificijs superfluissent, illic in Ecclesia communem cœnam comedentes, pariter consumebant.

e ¶ *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Quicumque non obtulisset, non communicabat: quia omnia soli qui obtulerant, insuuebant. Quidam hunc locum ad illos referunt qui epulas in Ecclesia faciebant. Aliter. Quidam esurit, quidam ebrius est: ideo dicit, quia superuenientibus mediocribus & volentibus sumere sacramenta, deerant: quoniam ab illis qui obtulerant oblationes in communi conuiuio, fuerant cuncta consumpta.

f ¶ *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum?* Si vultis saturari, domi manducate. Sanctificatio enim etiam in paruo consistit.

g ¶ *Aut Ecclesiam Dei contemnitis.* Facientes eam triclinium epularum.

h ¶ *Et confunditis eos qui non habent?* Confundebantur, ab omnibus denotari: cum ita debeant communicare, vt eum qui obtulerit, nemo cognoscat.

i ¶ *Quid dicam vobis? laudo vos, in hoc laudo.* Sicut in alijs laudauit vbi laudabiliter egit, in hoc omnino non laudo.

Gal. 1. b k ¶ *Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis.* Non est meum quod vobis tradidi, sed à domino illud accepi, sicut ipse alibi dicit. Non ab hominibus, sed omnia à Deo didicisse.

l ¶ *Quoniam Dominus Iesus.* Iam hinc quasi oblitus commemorat, quam magnum sit huius mysterij sacramentum.

m ¶ *In qua nocte tradebatur.* Id est à Iuda.

n ¶ *Accepit panem, & gratias agens, &c.* Hoc est, benedicens, etiam passurus, vitamam nobis commemorationem, siue memoriam dereliquit. Quemadmodum si quis peregre proficiscens aliquid pignus sit, quem diligit, derelinquat, vt quotiescumque illud viderit, possit eius beneficium & amicitias memorari, quod ille si petere dē dilexit, sine ingenti desiderio non potest videre vel flere.

o ¶ *Hoc est corpus meum, &c.* Qui manducat corpus meum, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Vnde agnoscere se debet, quisque Christi aut corpus edit, aut sanguinem bibit, ne quid indignum ei faciat, cuius corpus effectus est.

p ¶ *Hic calix nouum testamentum est.* Quia vetus hoc per sanguinem animalium portendebat.

q ¶ *In meo sanguine hoc facite.* Et vetus & nouum per sanguinem dedicatur: quia sine morte firmum esse non potest testamentum.

r ¶ *Quotiescumque bibetis, &c.* Ideo hoc Saluator tradidit Sacramentum, vt per hoc semper cōmemoremus: quia pro nobis est mortuus. Nam & ideo cum accipim⁹ à sacerdotibus, commonemur: quia corpus & sanguis est Christi, vt beneficij eius non existamus ingrati.

s ¶ *Quotiescumque enim manducabitis panem, &c.* Siue ipsi mysterio nunciatis, siue in cordibus vestris agnoscitis.

t ¶ *Donec veniat.* Tamdiu memoria opus est, donec ipse venire dignetur.

u ¶ *Itaque quicumque, &c.* Sicut scriptum est. Omnis mandus manducabit. Et iterum: Anima que manducaverit immunda, exterminabitur de populo suo. Et ipse Dominus ait: Si ante altare recordatus fueris, quia habet fratrem tuum aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & vade reconciliari fratri tuo. Prius ergo peccata curanda est conscientia, si in nullo nos reprehendit, & sic aut offerre, aut communicare debemus. Quidam sanè dicunt: quia non indignum, sed indignè accipientem reuocet à sancto. Si ergo etiam dignus indignè accedens retrahitur, quanto magis indignus, qui non potest accipere dignè: Vnde oportet otiosum cessare à vitijs; vt sanctum domini corpus, sanè percipiat.

x ¶ *Reus erit corporis & sanguinis domini.* Quia tanti mysterij sacramentum pro vili despexerit.

y ¶ *Probet autem seipsum homo, &c.* Si in linteam, vel vas sordidum, non illud mitte. e audet: quanto magis in corde polluto, quam immunditiam Deus super omnia execratur, & quæ sola iniuria eius est corpori. Nam & Ioseph ille iustus propterea sindone munda inuolutam in sepulcro nouo corpus domini sepeliuit, præfigurans corpus domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quam nouam.

z ¶ *Quoniam manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Dupliciter reus effectus, præiudicij scilicet, & peccati.

a ¶ *Non diiudicans corpus Domini.* Non discernens à cibo communi.

b ¶ *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Quod si nosmetipsos diiudicarem, non vtrique diiudicarem. Erat præiens correptio, & nunc est: sed quia multi alia patiuntur, putamus consuetudinis esse quod culpæ est. Tribus sanè causis infirmitates adueniunt corporales. Aut ex tentatione, sicut Iob & Tobias: aut ex peccato, sicut Alaph regi, & his qui in præsentia ab Apostolo arguuntur: aut ex aliqua intemperantia, vt Timotheo, & his qui iubentur medicam honorare. Huic tantum causæ, humana potest succurrere medicina. Item significat Corinthios propter supra dictum peccatum, agrotatione & imbecillitate & morte à domino esse correptos.

a ¶ *Dum*

G

Exod. 30. d

Matt. 5. d.

H

Marc. 15. d

A

a ¶ Dum iudicamur autem, à domino corripiamur, &c.] Corruptio paterna est pietatis, vt poeniteamus, ne cum infidelibus mundi damnemur in æternum.

b ¶ Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate, &c.] Quia nemo alium expectabat, vt communiter offerretur.

c ¶ Vt non in iudicium conueniatis.] Non in sanctificationem, sed ad iudiciũ conueniebant.

d ¶ Cetera autem cum venero, disponam.] Cetera de ipsius mysterij sacramento.

CAPVT XII.

DE spiritualibus autem.] Incipit de spiritualibus sacramentis. Crescente fide, iam linguarum gratia, quam propter infideles acceperant, desinebat: hinc ergo plurimi cõtristati, adhuc etiam hanc gratiam habentibus inuidebant: omnibus donis hanc maiorem esse putantes.

f ¶ Nolo vos ignorare fratres.] Nolo vos huius mysterij nescire rationem.

g ¶ Scitis autẽ quoniam cum gentes essetis ad simulacra muta.] Hoc est, irrationabiles, secundum prophetam dicentem. Similes illis sunt qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

h ¶ Prout ducebamini euntes.] A Magis vel auruspicius idolorum.

i ¶ Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, &c.] Vtinam irrationabiles mobilesque non fitis: cum religione enim & mores mutare debetis, & nosse vestra fidei rationem.

k ¶ Et nemo potest dicere: Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.] Quomodo ergo operarios iniquitatis dominus cognosceret, si etiam virtutes sint operati, & Deus malis operibus denegatur: Sed nemo potest in spiritu sancto dominum appellare, nisi qui eum & verbis & operibus cõfiteretur. Item docet Corinthios: nisi in spiritu sancto, hoc est, in bonis operibus cõuersantes, Dominum Iesum dicant, eis prodesse non posse, sicut & ipse Dominus in Euangelio dicit. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei.

l ¶ Diuisiones vero gratiarum sunt, &c.] Hic vult ostendere gratiã spiritus sancti diuisiones esse, non ipsius. Et quamuis hic locus proprie contra Macedonios faciat, qui spiritum sanctum negant esse Deum. Dicendo enim semper idem, omnia se dicere de spiritu sancto declarat. Sed & paulo potest ait. Hæc autem omnia cooperatur vnus atque idem spiritus, vt eum Deum & Dominum demonstraret. Tamen contra Arianos non mediocre est argumentum, qui de hoc calumniari solent, quod primò Pater, secundo Filius, tertio Spiritus sanctus nominatur. Hic enim istum ordinem permutauit. Item manifesta prædicatio est, vnus Deitatis atque substantiæ Patrem & Filium & Spiritum sanctum esse, qui potestatem vt Dominus & Deus, singulis quibusque, vt vult, gratiarum dona largitur.

m ¶ Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.] Vt appareat illum spiritum sanctum accepisse.

n ¶ Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ.] Sapientiæ sermo est, sapienter & aptè ac rationabiliter loqui, & posse differere, vel docere quod norit sanè. Qui ex dono habet sapientiæ sine suo conatu loquitur & labore, & nemo illi sicut beato Stephano præualet contraire. Ad vtilitatem:

& incredulorum, vt credant: & credentes, vt firmentur.

o ¶ Alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum.] Vt sciat legis mysteria explanare, vel vt præterita nouerit, & æstimet de futuris.

p ¶ Alteri fides in eodem spiritu.] Hic fides, prodigia faciendã, quæ montes transferat. Abusu enim rem posuit pro effectu.

q ¶ Alij gratia sanitarum in vno spiritu.] Vt curet ægros.

r ¶ Alij operatio virtutum.] Opus virtutis est, dæmonia eijcere, vel mortuos suscitare.

s ¶ Alij prophetia.] Hoc est, vt futura prædicet.

t ¶ Alij discretio spirituum, alij genera linguarum.] Vt qualis vel quo spiritu veniat vel loquatur, intelligat.

u ¶ Alij interpretatio sermonum.] Alius interpretati poterat, quæ alius loqueretur.

x ¶ Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus.] Si omnia vnus spiritus operatur, quare cõtristatis, quod aliam gratiam accepistis, & alium quasi maiorem partem inualerit, æmularis, cum hoc non nostra, sed in donatis sit positum potestate.

y ¶ Si uident singulis prout vult.] Sic quoque spiritum domini dicit, dum non iustus, sed voluntarius operatur.

z ¶ Sic enim corpus vnum est, & membra habet multa. Omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt.] Per comparisonem corporis, ostendit nõ naturam membrorum: sed officia esse diuersa, & neminem debere curare cuius sit officij, dum omnes vno eodemque spiritu animentur. Summi exemplũ ex humano corpore, vt doceat ita esse ecclesiasticum in Christo vnum corpus, sicut sunt membra in corpore hominis, ne aduersum alterum, alter infletur.

a ¶ Et ita Christus.] Notandum quod Christus per corpus suum dicatur Ecclesia.

b ¶ Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi.] Vt vnum corpus efficiamur in Christo. Quorum ergo spiritualia & celestia communia sunt, debent terrena & carnalia communiter possidere, secundum sententiam prophetæ, Nomen patris vnus est omnium: Item hic manifestè ostenditur quoniam qui baptizantur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, in vna baptizantur substantia: quoniam trinitas Deitatis non habet diuersitatem, dicente Apostolo.

c ¶ Et omnes in vno spiritu vocati sumus.] Quasi potionati spiritu, quem accipiunt baptizati per manus impositionem.

d ¶ Nam & corpus.] Reuertitur ad exemplum.

e ¶ Non est vnum membrum, sed multa.] Non potest totum corpus, vnum officium agere, sed vnum quodque membrorum id agit, ad quod aptum est.

f ¶ Si dixerit pes.] Pes Ecclesia dici potest, qui ad intercedendum egreditur.

g ¶ Quoniam non sum manus.] Manus, est ille qui operatur.

a ¶ Non

D. HIERONIMUS
TOM. VI. 78

Psal. 134.

Matt. 7. c

Malac. 2. b

E

a ¶ Non sum de corpore, &c.] Dicebat enim non esse se de corpore: quia hanc, quam alij acceperunt gratia, non habebat.

b ¶ Si totum corpus oculus, vbi auditus?] Si omnes scientes, vbi sunt auditores?

c ¶ Si totum auditus, &c.] Si omnes auditores, quis erit boni odoris malive discretor, vt vnū corpus efficiamur in Christo.

d ¶ Nunc autem posuit Deus membra, &c.] Sicut in corpore apte & ordinatē constituta sunt membra: ita & in ecclesia vnusquisque à Deo ad id, quod aptus est, ordinatur.

e ¶ Quod si essent omnia vnum membrum, &c.] Si omnes vnā gratiam haberent, reliquæ vbi essent: nec corpus iam poterant esse, sed membra.

f ¶ Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.] Hoc est, humanum, quod multa membra ostendit.

g ¶ Non potest autem oculus dicere manui, &c.] Ideo inuicem indigemus, vt magis ac magis charitas confirmetur. Nam si vnus omnia haberet, aduersus ceteros inflaretur.

h ¶ Aut iterum caput pedibus.] Sacerdos est caput: infirmi, pedes ecclesie. Si dixerit auricula, quæ sapiens auditor est: Nam auris inter cetera auferri dicitur à Iudæa per Efaïam prophetam: Non sum oculus, non sum ex corpore, non ideo non est de corpore.

i ¶ Non estis mihi necessarij.] Oculi est qui intelligit, os ille qui docet vel loquitur linguis.

k ¶ Sed multo magis, &c.] Membra quæ spernit in Ecclesia, maioris vtilitatis esse probantur, sicut in corpore sine manibus, & pedibus viuunt, sine intellitis omnino non viuunt.

l ¶ Et que putamus ignobiliora membra esse corporis.] Non quod verè sint talia.

m ¶ His honorem abundantiorē circumdamus.] Cùm cautius vestimentis & diligentius contemplantur.

n ¶ Et que inhonesta sunt nostra, abundantiorē honestatē habent. Honestatē autem, &c.] Quæ per se pulchra sunt, nullius tegminis egent pulchritudine, vt est caput & manus.

o ¶ Sed Deus temperauit corpus, &c.] Minoribus maiora dona concedens, vt qui honore minor erat, gratia abundaret.

p ¶ Vt non sit schisma in corpore.] Vt pro inuicem solliciti simus, dum alterutro indigemus, ne quis sequatur, & gratia & honore priuatum.

q ¶ Sed in idipsum pro inuicem solliciti sint membra.] Sicut oculi viam pedibus præident, & manus pro toto corpore operantur, & omnia alterutrum membra deseruiunt.

r ¶ Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.] Si vnum membrum dolet, totum corpus affligitur, & ad sanitatem eius membra omnia collaborant.

s ¶ Sive gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.] Sicut ait Salomon: Corde lætante, vultus floret. Nos autem compassionem & congratulationem in contraria permutamus.

t ¶ Vos autem estis corpus Christi.] Hoc est Ecclesia de car-

ne eius, & de ossibus eius, sicut ad Ephesios ait.

u ¶ Et membra de membro.] Toti, corpus: singuli, membra.

x ¶ Et quosdam quidem posuit Deus.] Modò ipsum vult membrorum ordinem demonstrare.

y ¶ In ecclesia primò Apostolos.] Non in synagoga, ne puremus

eum de antiquis dixisse prophetis, sicut erat Agabus, ceterum patriarchas quoque debuerat nominare.

z ¶ Secundò prophetas, &c.] Prophetæ sunt qui explanant obicula prophetarum, & qui homines exhortantur, sicut alibi dicit: Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, exhortationem, & consolationes.

a ¶ Deinde virtutes, &c.] Hic virtutes, signa maiora significat.

b ¶ Oportulationes.] Hoc est aduersoria. Vnde Paulo in visu dicitur à viro Macedone: Veni, adiuua nos.

c ¶ Gubernationes, &c.] Qui sciunt singulos, prout apti sunt gubernare.

d ¶ Nunquid omnes Apostoli, &c.] Hoc est quod superius dixerat, Si essent omnia vnum membrum, vbi corpus.

e ¶ Aemulamini autem charismata meliora.] Hoc est, sectamini prophetas.

f ¶ Et adhuc excellentiorē.] In Græco habet super modum.

g ¶ Viam vobis demonstro.] Charitatem, per quam peruenitur ad Deum. Vult nos magis illa quaerere, quæ ex nobis sunt, & ad vitam profunt, quàm signa, quæ non sunt in nostra potestate posita.

CAPVT XIII.

¶ Linguis hominum loquar & angelorum, &c.] Non solum omnium hominum, sed etiam si quæ sunt angelorum.

i ¶ Charitatem autem non habeam, &c. velut æs, &c.] Quod non ex se, sed ab alio impulsus solum sonitum reddit, & delectat auditum. Caritas verò ex nobis est, & omnem possidet fructum.

k ¶ Et si habuero prophetiam, &c.] Hic futura prædicare, mysteriorum cognitio est, & omnium secretorum. Scientia verò, nosse omnia quæ fuerunt & sunt. Si ista omnia tam magna sine charitate nihil sunt: quanto magis sine abstinentia, ieiunio, & his similibus, in quibus sibi plerique relicta charitate gloriantur?

l ¶ Et omnem scientiam.] Et hic scientia magna: quia cum his computatur, etiam si minor sit charitate.

m ¶ Et si habuero omnem fidem, ita vt montes, &c.] Hic intelligitur magna fides esse, quæ in euangelio grano sinapis comparatur, quæ nõ propter modicitatem, sed propter integritatē, vel vigorem appolita est. Notandum sanè, quod inter cetera etiã omnis fides, quæ mōtes trãserat, sine charitate nõ proficit.

n ¶ Et si distribuero in cibis pauperum omnes facultates.] Apostolus de summo charitatis bono tractans, magnis eam proculdubio rebus prætulisse credendus est, neque enim potuerunt rei summæ comparari non magna, quod ex ipsis speciebus agnoscitur. Nam linguis hominum loqui & angelorum, & habere prophetiam, & omnia mysteria nosse, omnemque scientiam possidere, & habere omnem fidem, &

G

1. Cor. 14.

Act. 16. b.

H

CAPVT XIII.

¶ Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. * Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnē scientiam: * & si habuero omnē fidē, ita vt montes transferam, charitatē autē nõ habuero, nihil sum. * Et si distribuero

in ci-

sta omnia tam magna sine charitate nihil sunt: quanto magis sine abstinentia, ieiunio, & his similibus, in quibus sibi plerique relicta charitate gloriantur?

l ¶ Et omnem scientiam.] Et hic scientia magna: quia cum his computatur, etiam si minor sit charitate.

m ¶ Et si habuero omnem fidem, ita vt montes, &c.] Hic intelligitur magna fides esse, quæ in euangelio grano sinapis comparatur, quæ nõ propter modicitatem, sed propter integritatē, vel vigorem appolita est. Notandum sanè, quod inter cetera etiã omnis fides, quæ mōtes trãserat, sine charitate nõ proficit.

n ¶ Et si distribuero in cibis pauperum omnes facultates.] Apostolus de summo charitatis bono tractans, magnis eam proculdubio rebus prætulisse credendus est, neque enim potuerunt rei summæ comparari non magna, quod ex ipsis speciebus agnoscitur. Nam linguis hominum loqui & angelorum, & habere prophetiam, & omnia mysteria nosse, omnemque scientiam possidere, & habere omnem fidem, &

ignibus

A & ignibus se cremandum tradere, magna esse quis nesciat? His etiam mundi contemptus annectitur, qui si magnus non esset, nec rei summa, id est, charitati comparatur: nec inter magna utique poneretur, quod illorum sententiam destruit, qui renunciandum reb. seculi certo tempore, persecutione

Luc. 18. d. cogere volunt esse preceptum, ut & apostolis gloriam tollant, quod non voluntarie fecerint, sed inuiti, & nostri aui perfectos, vanos constituent, qui rem alterius temporis, frustra nunc voluerunt exercere. Item aliter, notandum, quod contemptus mundi martyrio comparatur, contra eos qui illud de euangelio varijs argumentis nituntur exoluere, vbi dicitur ad diuitem: *Vale, vende omnia quae habes, & da pauperibus.*

a ¶ *Et si tradidero corpus meum, &c.* Non propter Deum, sed propter gloriam humanam. Vel certe si quis in ipso martyrio aduersum fratrem retineat iram, contemnens eum qui in se nos malitiam proximi obliuisci, & in ipsa etiam morte praeparator existens.

b ¶ *Charitas patiens est, &c.* Semper bene volens. Modò describit omnia membra & species charitatis. Parentes, quia multum diligunt filios, eorum etiam libenter patiuntur iniurias.

c ¶ *Charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur.* Nemo illi, quem verè amat, inuidet, cuiusuis eum esse cõspiciat gloria vel honoris, sed omnem eius felicitatem quasi suam libenter amplectitur.

d ¶ *Non est ambitiosa.* Maior esse alijs nõ ambit: & super fratres non cupit dominari.

e ¶ *Non querit quae sua sunt.* Non querit quod sibi tantum sit vile, sed quod multis.

f ¶ *Non irritatur.* Non incitatur ad irurgia ab illo, quem diligit.

g ¶ *Non cogitat malum.* Non solum non facit, sed ne cogitat quidem.

h ¶ *Non gaudet super iniquitate.* Contristatur, si quem iniquum aliquid vel fecisse, vel passum esse contempserit.

i ¶ *Congaudet autem veritati, &c.* Id est, bonis operibus vel fidei veritatis.

k ¶ *Omnia sperat, omnia sustinet.* Suffert iniurias, satisfaciendi credit, sperat eius emendationem: & donec corrigat, patienter expectat.

l ¶ *Charitas nunquam excidit.* Hoc est, ipsa sola permanet in futuro. Aut certe quae vera est, non finitur.

m ¶ *Sive prophetia euacuabitur, sive lingua cessabit, sive scientia destruetur.* Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Non omnia scimus, nec omnia prophetamus. Et ita ut in maius proficiamus, destruentur, per ista enim ad perfecta venimus.

n ¶ *Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Quod tantis promissum est in futuro.

o ¶ *Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, &c.* Exemplum carnalis incrementi, vult spiritualem demonstrare perfectum.

p ¶ *Quando factus sum vir, euacuauit quae erant paruuli.* Expofuit qualiter euacuatur, quae superius memorauit.

q ¶ *Videmus nunc.* Quasi paruuli, qui non possunt serena cordis luce, perfecte lumen perspicere veritatis.

r ¶ *Per speculum in enigmate.* Per speculum legis, quasi rerum imaginem contemplantur. ¶ *Tunc facie ad faciem.* Id est, in praesentia.

s ¶ *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.* Sicut me perfecte Deus nouit, ita & ego quae sunt diuina, cognoscam.

v ¶ *Nunc autem manet fides.* In praesenti tria haec, in futuro sola Dei charitas & angelorum & sanctorum omnium permanebit. Magis ergo est quod semper erit, quam quod aliquando cessabit. Item in patre & filio & spiritu sancto, fides stabilis est, additamento enim opus nõ habet. Spem autem eam manere dicit, quae est non eorum quae videmus. Charitas vero ideò maior est omnibus: quia qui diligit, & credit & sperat.

x ¶ *Fides, spes, charitas, tria haec, &c.* Omne quod speramus, credimus: non omne quod credimus, speramus.

CAPVT XIV.

Sed amini charitatem, amulamini spiritua- lia, magis autem prophetetis. ¶ Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo enim audit. ¶ Spiritus autem loquitur mysteria. ¶ Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum edificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei edificat. ¶ Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. ¶ Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, ut ecclesia edificationem accipiat. ¶ Nunc autem fratres, si venero ad vos, linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? ¶ Tamen quae sine anima sunt, vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonitum dederint: quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur?

CAPVT XIV.

Sed amini charitatem.] Omni conatu ipsam sequamini, quia in vestra est potestate. ¶ *Aemulamini spiritualia, &c.* Et spiritualia dona emulati vos ac quarete non prohibeo, sed vt magis proficiatis exhortor.

a ¶ *Qui enim loquitur lingua, &c.* Nemo per auditum aurium de his quae dicuntur, accipit intellectum nisi Deus, & qui interpretandi donum accipit, vel quicuisdem est lingua.

b ¶ *Spiritus autem loquitur mysteria.* Iterum linguam significat.

c ¶ *Nam qui prophetat, &c.* Notandum quoniam prophetiam doctrinam dicit, expoluit quot modis intelligenda sit prophetia. Quicunq; hanc habet, propheta esse censendus est.

d ¶ *Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare.*

Hoc quidem volo, sed illud malo: hoc non prohibeo, sed illud exhortor.

e ¶ *Nam maior est qui prophetat.* Quia & hoc magnum opus est charitatis, per quod multi proficiunt.

f ¶ *Quam qui loquitur linguis.* Quod vos praecipuum existimatis. (Nisi forte vt ecclesia edificationem accipiat.) Si interpretetur, aequalis esse poterit prophetanti.

g ¶ *Nunc autem fratres, &c.* Suum illis proponit exemplum, erit vobis sola admiratio non profectus, nisi vobis aut interpreter, aut plana faciam legis occulta quae noui, aut prophetias exponam, aut vos moralibus doceam institutis.

h ¶ *Tamen ea quae sine anima sunt, &c.* Cum haec inaniamantia nisi distinctionem habeant, non possunt reddere cantilenam, & vt superflua respuuntur: quantum magis vobis qui spirituales estis, suauitas non aures debet mulcere, sed mentes.

i ¶ *Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit, &c.* Si vox tube

E tuba incerta fuerit, vtrum solennitatis an belli sit, nemo pugnabit: ita ergo & vester intelligendus est sermo, vt possit ad spirituale praelium Christi milites preparare.

a ¶ *Eritis enim in aera loquentes tam multa, &c.* Etiam si tam multa loquamini vt genera sunt linguarum, quid proderit, cum omnia in aera soluuntur, & nulli proficiant?

b ¶ *Et nihil sine voce.* Nihil sine voce linguam habens.

c ¶ *Si ergo nesciero virtutem vocis, &c.* Omnis sermo qui non intelligitur, barbarus iudicatur.

d ¶ *Et qui loquitur mihi barbarus, &c.* Quoniam spiritualia dona sectamini, illa magis quaerite, quae aedificent auditores.

e ¶ *Et ideo qui loquitur lingua, orat vt interpretetur.* Oratio hoc loco oris elocutio intelligitur. Sic ergo loquatur, vt gratiae verba quae dicit, possint intelligi, siue orat, vt illi interpretandi gratia donetur.

f ¶ *Nam si orem lingua, spiritus mensurat.* Hoc dicit, quoniam si quis incognitis alijs linguis loquatur, mens eius, non ipsi efficitur sine fructu, sed audienti, quicquid .n. dicitur, ignorat. Item si lingua dicam, non ego loquor, sed spiritus, qui in me est. Si autem ad orationem requiratur spiritus, sermo non intelligendus est, qui non nunquam mentem alia cogitantem precat.

g ¶ *Mens autem mea sine fructu est, &c.* Qui non intelligo quod loquor.

h ¶ *Orabo spiritu, &c.* Qui enim interpretatur, necesse est vt ante intelligat quod alijs est dicturus. Item sic est loquendum, vt intelligant alij.

i ¶ *Ceterum si benedixeris spiritu.* Benedicatur omne quod verè & secundum Deum dicitur.

k ¶ *Quis supplet locum idiota.* Laicum significat, qui nullo gradu ecclesiastico fungitur. Aliter: Inanitatem scientiae in corde ignari quis implet?

l ¶ *Quomodo dicit amen super tuam benedictionem, &c.* Quomodo tuae perhibet benedictioni testimonium vel consensum.

m ¶ *Nam tu quidem bene, &c.* Quod superius dixerat, omni benedicas, hic ipsum exponit.

n ¶ *Gratias ago Deo, quod omnium vestrum linguis loquor.* Ne putetis me hanc quoque gratiam non habere, & vos ideo prohibere, & idcirco non loqui.

o ¶ *Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui.* Sed malo per pauca ad profectum loqui, quam multa quae nulli proficiant. Quidam sanè quaerunt, quae sunt quinque verba: à quibus & contrario, quae sint decem millia, est quaerendum.

p ¶ *Vt alios instruam, &c.* Id est, proprio intellectu & simpliciter ratione.

q ¶ *Fratres nolite pueri effici sensibus.* Scire debetis quam diu futurae sunt lingua, vel quare sint datae.

r ¶ *Sed malitia paruuli estote: sensibus autem perfecti estote.* Malitia debetis paruuli esse, non sensu: simul ostendit neminem nisi paruulum malitia, sensu esse perfectum. *Quia in ma-*

linolam animam non introibit spiritus sapientiae.

f ¶ *In lege scriptum est: quoniam in alijs linguis, &c.* Etiam hoc signum dabo, vt per sanctos meos inuitato sermone loquar, & nec sic eloquentem intelligent.

r ¶ *Itaque lingua in signum sunt non fidelibus.* Hic ostenditur crescente fide, signa cessasse, quando infidelium causa danda esse praedicebatur.

u ¶ *Sed infidelibus.* Vt eius saltem admiratione mouerentur.

x ¶ *Prophetia autem non infidelibus, &c.* Maior est ergo & vtilior, quae fidelibus prodest, & semper est opus.

y ¶ *Si ergo conueniat vniuersa ecclesiae, &c.* Hoc est, si fieri potest, vt concederetur vobis, qui omnes hoc vultis.

z ¶ *Intret & idiota aut infidelis.* Idiota nuper credentes dicuntur hoc loco.

a ¶ *Nonne dicent quid insanitis?* Sicut Iudaei de Apostolis dixerunt: Hi pleni sunt musto. Aliter, sicut initio Apostoli quando acceperunt spiritum sanctum, visi sunt quasi ebrij.

b ¶ *Si autem omnes prophetent, &c.* Occulta etiam cordis eius manifesta fiunt. Quando eius pullatur conscientia per doctrinam.

c ¶ *Et ut ad eius faciem adorabit, &c.* Sicut Nabuchodonosor adorauit Danielem: Verè Deus vester ipse est Deus: postquam somnium, quod oblitus fuerat, & interpretationem eius audisset.

d ¶ *Quid ergo est fratres.* Quid ergo est faciendum, vel quid definiemus esse tenendum.

e ¶ *Cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, &c.* Hoc est, psalmum intelligit.

f ¶ *Apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet.* Reuelationem aliquam mysteriorum, quod intelligitur reuelatio.

g ¶ *Omnia ad aedificationem fiant.* Nihil sit in vobis, quod non vos alterutrum aedificet.

h ¶ *Sine lingua quis loquitur secundum duos, &c.* Hoc est, vicissim prophetantes dicant, & vnus paulatim interpretetur.

i ¶ *Si autem non fuerit interpretes, taceat in ecclesia: sibi autem loquatur & Deo.* Sua conscientia & Dei teneat eum gratiam hanc habere.

k ¶ *Propheta autem duo aut tres dicant: & ceteri dijudicent. Quid si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant & omnes exhortentur.* Non stantibus, sed prophetis sedentibus.

l ¶ *Et spiritus prophetarum, prophetis subiectus est, &c.* Siue gratia spiritus alteri prophetae consentit, vt alterutrum sibi cedant: siue spiritum humilitatis & charitatis debent habere prophetae. Quia Deus qui in ipsis est, non est Deus dissensionis, neque superbiae. Item hoc ait: quia in quo est spiritus prophetiae, ipse alijs prophetis per societatem gratiae subiectus est: in qua non aemulatur alterum prophetare, cum ei fuerit reuelatum.

m ¶ *Sicut*

n ¶ *Sicut*

o ¶ *Sicut*

p ¶ *Sicut*

q ¶ *Sicut*

r ¶ *Sicut*

s ¶ *Sicut*

t ¶ *Sicut*

u ¶ *Sicut*

v ¶ *Sicut*

w ¶ *Sicut*

x ¶ *Sicut*

y ¶ *Sicut*

z ¶ *Sicut*

G

Aff. 2 b.

Dan. 2 c.

H

Sup. 1. a.



A

a ¶ Sicut & in omnibus ecclesiis.] Sic est vbi que, ne noui aliquid me vobis imperare putetis.

b ¶ Mulieres in ecclesiis taceant.] Quia contra ordinem est naturæ vel legis, vt in conuentu virorum femina loquantur. Queritur ergo quomodo alibi dicat, mulieres docere prudentiam & castitatem debere. Sed in hoc sexu suo: sed & hic designat locum, vbi taceant, alibi eis loqui permittit, sicut & lex dicit.

c ¶ Si quid autem volumus discere.] Quia & vir prius factus est, & Sara dominum vocabat Abraham.

d ¶ Domini viros interrogent, &c.] Ne videretur eas etiam discere vetuisse, domi illas hoc, quod publicè non decebat, facere debere præcepit.

e ¶ An à vobis sermo Dei processit, &c.] Nunquid doctrina Christi aut ex vobis est, aut apud vos remansit. De scientia similiter est dicendum.

f ¶ Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, &c.] Hoc probatis verum prophetam, si ista cognouerit, Domini mandata esse quæ dico: si quis autem ignorat hæc, ignorabitur & à nobis, & à Domino dicente eis: qui se in eius nomine prophetasse dicebant, nescio vos.

g ¶ Itaque fratres emulamini prophetare, & linguis nolite prohibere.] Illud sectamini, hoc prohibere nolite.

h ¶ Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant.] Nihil peruerso ordine aut per contentionem vel inanem gloriam faciatis.

CAPVT XV.

Notum autem vobis facio fratres euangelium, &c.] Incipit causa resurrectionis. Inter cætera, quidam Corinthiorum etiam resurrectionem carnis ausi fuerant ex veteris scientiæ præsumptione negare: qui hic ab Apostolo arguuntur.

k ¶ Quod & accepistis.] Ne illi hoc non credidisse viderentur: vel omnes creditum respuisse.

l ¶ In quo statis, &c.] In cuius doctrina statis, & per quod salutem speratis: & in præsentia de diuersis infirmitatibus sæpè saluamini.

m ¶ Quia ratione prædicauerim.] Tota ratio prædicationis nostræ hæc est, vt resurrectionem credatis: hoc est enim primū omnium qui Christo deseruiunt: alioquin superfluum omnino labor est orationum ieiuniorumq; , quem in hac vita patimini, cum vobis hic prospera vel aduersa cum infidelibus esse communia videantur: sicut & ipsi solent pagani proponere, quid ab illis amplius habemus, & verum est: Si horum laborum præmium in vita alia non habemus, peiores illis sumus; quia illi vel in præsentia voluptatum & luxuriæ consolationem habere videntur.

n ¶ Si tenetis nisi frustra credidistis.] Si fidei vestræ & laboris præmium non speratis, superfluum hæc credidistis.

o ¶ Tradidisti enim vobis in primis.] In primordio siue maximè.

p ¶ Quod & accepisti.] Vel à lege vel à prioribus, siue per reuelationem Christi.

q ¶ Quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.] Posset quidem Apostolis prædicantibus & multarum virtutum signa facientibus haberi fides, esse ipsum Chri-

stum, quem euangelizant: sed vt maiore beatus Apostolus auctoritate firmaret hunc esse Christum Saluatorem mundi, quem Moyses & prophetae annuntiauerunt: ideo secundum scripturas prædictum esse commemorat: sicut inter cætera Elaias propheta dicit: Sicut ouis ad occisionem ducitur, &

quasi agnus coram tondente se obmutescit. Item infra idem propheta: Et dabit impius pro sepultura, & diuitem pro morte sua. Similiter Olsee propheta tertia die resurrectionem Christi futuram annuntiat, dicens: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. r ¶ Et quare surrexit tertia die secundum scripturas: & quia visus est.] Sicut Olsee dicit: Viuificabit nos in biduo, & die tertia resurgemus. s ¶ Et quia visus est Cepha.] Quod in euangelio dicitur, Apparuit Simoni.

t ¶ Et post hæc vndecim.] Iterum Petro & reliquis decem.

u ¶ Deinde visus est plusquam quingentis, &c.] Vides quia in euangelio non omnes scriptæ sunt visiones, nisi quæ sufficerent ad fidem. Hic autem quoniam de apostolis dixerat, etiam hoc addidit: ne Apostoli tanquam intimi eius, putarentur esse mentiti. Et vt maior fides multitudinitestium haberetur, etiam multi viuere dicuntur, qui possint interrogati dicere quæ viderunt. x ¶ Deinde visus est Iacobo.] Iacobo scortum apparuit.

y ¶ Deinde apostolis omnibus.] Siue iterum, siue Apostolus; quos extra duodecim ad prædicandum misit.

z ¶ Nouissimè autem omnium.] Ne putarent eum audita potius quam visâ narrare.

a ¶ Tanquam omnium abortiuo.] De cuius vita desperatum est.

b ¶ Visus est & mihi.] In via scilicet vel in templo.

c ¶ Ego enim sum minimus Apostolorum.] Minimis tempore, non labore.

d ¶ Qui non sum dignus, &c.] Fili peccasti, ne adicias iterum, sed & de pristinis deprecare. Vnde & per Elaiam Dominus dicit: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & non memorabor: tu autem memora. Melius est enim dimissa recordari peccata, quam detenta obliuisci.

e ¶ Gratia Dei sum, &c.] Non fuit sine fructu, sicut ille qui talentum Domini defodit in terram.

f ¶ Sed abundantius illis omnibus laboraui.] Quia illis diutius.

g ¶ Non ego autem, &c.] Non ex me, sed gratia Dei: nec se sine gratia dicit in euangelio laborasse, ne contra illud, quod superius dixerat, sibi aliquid dari videretur: nec gratiam sine se, vt liberum seruaret arbitrium.

h ¶ Siue enim ego, &c.] Vnde igitur & nos sic prædicauimus & vos similiter credidistis: quia Christus idcirco surrexit primus, vt viam resurrectionis aperiret: hoc illis commemorat, vt illi, quod consequens est, negare non possint.

i ¶ Si autem Christus prædicatur, &c.] Quæ consequentia rationis. Iam enim hoc ipsum resurrectio est, quod Christus à mortuis resurrexit.

k ¶ Quomodo quidam dicunt, &c.] Alterum ex altero pendet aut vtrumque negare, aut vtrumque necesse est conhereri.

a ¶ Neque

C

Esa 53.

Osè 6.

Luc 24.

D

Ecl 12.

Esa 43.

Mat 25.

D. HIERONIMUS
T. VI. 7. 8

E a ¶ Neque Christus resurrexit. Caterum rei non futuræ exemplum dare non debuit.

b ¶ Si autem Christus non resurrexit, &c. Ergo & nos sine causa hæc prædicauimus, si verè non resurrexit, & vos in illum frustra credidistis. Quidam hæretici animæ resurrectionem volumus assignare, non carnis: sed resurgere non dicitur nisi quod cecidit & resurgit: ergo neque anima morte cecidit, neque semper iacuit corpus: alioquin surgere magis quam resurgere diceretur.

c ¶ Inuenimur autem & falsi testes Dei, &c. Non solum vani, sed etiam falsi contra Deum inuenimur extitisse: siquidem mortui non resurgunt.

d ¶ Nam si mortui non resurgunt, &c. Sed quoniam de illo nemo dubitat, & de nobis nemo dubitet.

e ¶ Quod si Christus non resurrexit, &c. Si mentitus est se post triduum resurrecturum, mentitus est etiam se peccata dimittere. Aut ita: omnes in resurrectione eius baptizamur, vt nostra peccata diluantur. Si ergo non resurrexit, nec nobis remissa sunt peccata.

f ¶ Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Maxime de his dicit, qui pro Christo sunt mortui: sine causa enim hanc vitam perdididerunt, si aliam non habebunt.

g ¶ Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, &c. Illi enim vel in præsentii gloriantur: nos autem hic tribulationes quotidie sustinemus.

h ¶ Nunc autem Christus resurrexit a mortuis. Quod apud omnes est certum: quia in primis probatum est.

i ¶ Primitia dormientium. Quia primus in incorruptione resurrexit. Si ergo caput resurrexit, necesse est etiam, vt cætera membra sequantur.

k ¶ Quoniam quidem per hominem mors, &c. Sicut per Adam mors intrauit, quia primus ipse est mortuus: ita per Christum resurrectio, quia primus resurrexit. Et sicut ille morientium forma est, ita & iste resurgentium. Aliter, spem resurrectionis volens ostendere hoc dicit: sicut in Adam mortales sumus, sic in Christo immortales erimus.

l ¶ Et sicut in Adam omnes moriuntur, &c. Omnes quidem resurgent, sed soli hi viuificabuntur in Christo, qui Christi reuerentur copulati corpore. Item de communi morte, & de communi resurrectione dicit.

m ¶ Vnusquisq; autem in suo ordine. Temporis vel honoris.

n ¶ Primitia, &c. deinde finis, &c. Tunc erit finis omnium, etiam mortis, cum vniuersi resurgent.

o ¶ Cum tradiderit, &c. Regnum scilicet humani generis. Secundum Petri epistolam & Apocalypsim Ioannis, patri tradendum asserit esse per filium: vt ibi regnet Deo per gloriam, vbi per vitia diaboli antè regnabat. Deo & patri, Deo secundum humanitatem, patri secundum deitatem. Hoc loco calumniari solent Ariani dicentes, minorem esse filium. Si enim tradet, inquit, patri regnū, ipse vtiq; iam regnare desinet. Quibus primò dicendum est: quia hic non de trinitatis substantia, sed de resurrectione tractabat, quam Christi resurrectione confirmat. Ergo secundum substantiam eius loquitur quia mortuis resurrexit. Si tamen ideo Christus non regnabit, quia regnum traditurus est patri: ergo nec pater regnarat antequam ei tradatur à filio. Si autem pater non primum regnauit, quamuis tunc suscipiat regnum, nec filius illum, quamuis tunc tradere videtur, amittit. Aliter: In hoc

Deo patri Christus regnum tradit: quoniam nemo potest ad patrem venire nisi crediderit in Christo, sicut ipse in euangelio dicit: Nemo venit ad patrem nisi per me.

p ¶ Cum euacuauerit omnem principatum, &c. Euacuatis peccatis, euacuabuntur à nobis omnes contrariæ potestates: ab eo quod nobis sequentibus principantur potestate, quanos vicerant. Virtus enim eorum nostra peccata sunt.

q ¶ Oportet enim illum regnare donec ponat. Cum omnibus scilicet suis. Donec, non semper finem significat: sicut est illud: Ego Deus vester donec senescitis, & cætera talia. Aliter: Oportet, inquit, regnare omnibus Christum donec inimicos & in se incredulos subiciat sibi & patri. Non est autem vna subiectio: nam iustos ad se fide & credulitate venientes subijcit. Infideles autem & impios destruet, subiugabit æterno supplicio deputandos.

r ¶ Omnes inimicos sub pedibus eius. Quando alij voluntate, alij erunt necessitate subiecti.

s ¶ Nouissimè autem inimica destruetur mors, &c. Diabolus qui in Apocalypsi peccatum & mors appellatur: quia auctor est peccati & mortis.

t ¶ Præter eum qui subiecit omnia. Cautè Apostolus dicit filio, qui Deo patri subiecit omnia, cuncta esse subiecta: ne & ipsum simul cum omnibus quæ subiecta sunt, credamus esse subiectum: quoniam à dextris patris sedet, æquali potestate cum patre iudicaturus.

u ¶ Cum autem subiecta fuerint illi omnia. Hic quoque Ariani ita calumniatur, vt dicant: quia post resurrectionem omnium & finem, erit filius patri subiectus, vt minor scilicet maiori. Quibus respondendum est: Subiectionem non semper ad diminutionem honoris pertinere, sed etiam ad charitatis officium: maxime cum & spiritus prophetarum prophetis dicitur esse subiectus: vt non sit Deus ibi dissensionis, sed pacis. Et ipse Dominus Ioseph ac Mariæ scribitur fuisse subiectus. Multi sanè de hoc capitulo diuersa ferunt. Nam quidam dicunt, sicut in suis esurientibus esurijt vel cibatur, ita & in ecclesia, quæ est corpus eius, ipse subijcitur. Alij aiunt, quod ipsa humana natura, quam induit, in gratiarum actionem semper fit subiecta diuinitati: cui secum vnum facièdo, omnia subiecit. Multi etiam alia & diuersa dicunt, quæ inferere & enumerare prolixum est.

x ¶ Vt sit Deus omnia in omnibus. Tunc Deus omnia in omnibus erit, cum euacuata morte, & omni malitia vel errore destructo, solus regnabit in cunctis.

y ¶ Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis. Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus; id est, iam quasi commortui cum illo sumus. Quid ergo prodest nos huic mundo moti, si hunc contemptum voluptatum vita non sequitur æterna? Item hoc est quod dicit: quia non solum propter remissionem peccatorum baptizantur, sed & propter resurrectionem carnis nostræ. Carnem autem nostram mortuam appellat, quoniam hac morte anima non moritur. Vnde increpando ait: Aut quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt, id est, quid baptizari opus est carnem, si non resurgat?

¶ Si o-

G

Ioan. 14. n.

H

Luc. 2. g.

A

a ¶ Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis, &c.] Si nihil esset in futuro, non eramus tam stulti, vt tantas tribulationes pro illis pateremur.

b ¶ Quotidie morior.] Semper paratus ad mortem, & quotidie expecto me pro vestra gloria moriturum.

c ¶ Per gloriam vestram fratres.] Per, non semper significatio iuramenti est. Nam si dicam, per puerum mihi, non statim per puerum iurasse recte putabor.

d ¶ Quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.] Ego habeo mercedem laborum in vobis, etiam si vos proficere nolueritis.

e ¶ Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?] Si nihil remunerationis à Deo pro hoc certamine spero, quare pugnaui, vt hominibus forte placeret? Aliter: Hic bestias eos commemorat, qui Ephesi seditionem aduersus eum mouerant popularem propter Dianæ idolum, cuius culturam prædicatione apostolica destrucebat. Quod autem manifeste constet, bestias cum quibus pugnaui Apostolus, aduersarios homines debere intelligi, idem in alia epistola memorat, dicens: Et liberatus sum de ore leonis, in quo ostendit, se sæuitiam Neronis euasisse, quando prima vice Romæ victus perductus est. Dicens verò, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt: illorum dogma destruit, qui dicunt ante corpora animas in cælo factas, actum quandam propriæ conuersationis habuisse. Aliter: Multa dicuntur in epistolis, quæ in actibus non continentur: & multa in actibus, quæ in epistolis non scribuntur. Per allegoriam autem bestiarum possunt intelligi aduersariæ potestates, sicut ait in psalmo, Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: ad quas hic dicit se pugnasse.

2.Tim.4.d

f ¶ Manducemus & bibamus: cras enim moriemur.] Increpat exemplo prophetæ gulæ deditos, desperatione futurorum, cuius rei crimen negatur eis remitti quoadusque moriantur.

g ¶ Nolite seduci.] Ab his qui talia loquuntur.

h ¶ Corruptunt bonos mores colloquia praua.] Ne dicerent, ergo tales nos iudicas, qui facile seducamur? non, inquit, de vobis timeo, sed de illorum conuersatione formido: sed quomodo mala colloquia bonos mores corruptunt, ita è contrariò bona colloquia malos mores ædificant.

i ¶ Euigilate iusti, & nolite peccare.] Ille iustus est, qui non peccat.

k ¶ Ignorantiam enim Dei quidam habent.] Ignorant virtutem Dei, qui eum putant suscitare non posse, potentiam eius ex sua imbecillitate censentes.

l ¶ Adreuerentiam vobis loquor.] Vt erubescatis vos his sermonibus tanquam adhuc paruulos erudiri.

m ¶ Sed dicit aliquis:] Ipse sibi ex contradicentium persona proponitur. Aliter: Præclarum hoc loco Apostolus de resurrectione carnis, frumentorum sumit exemplum. Quorum semen cum nudum feratur, non ita vt terræ mandatur, renascitur: sed sicut in principio secundum ordinem vnicuique; seminum quale corpus Deus esse præcepit, & quemadmodum iussit terram producere ordinatione sua, durat & permanet. Ita & vnicuique hominum carnem, quam vnicuique initio nascendi specialiter tribuit, in resurrectione restituet. Dicendo autem dat illi corpus sicut voluit, & non sicut vult, ostendit à principio constitutionem Dei immutabilem permanere.

1.Cor.15.c

B

n ¶ Quomodo resurgent mortui, &c.] Multi solent proponere, vtrem debilia corpora, vt sunt defuncta, resurgant. Quibus respondendum est, in resurrectione non debilitatis vitium, sed integritatem reparari nature. Nunquam enim tam debile est corpus, quam cum fuerit in puluerem resolutum. Qui ergo creditur totum reddere, cur ex parte reparare dubitetur, hoc est, verbi gratia, cur non reddat oculos qui totum restituet corpus.

o ¶ Inspiciens tu, quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur.] Qui etiam naturalibus exemplis edocere debueras, adhuc diuinis promissionibus infidelis existis.

p ¶ Et quod seminas non corpus, &c.] Sicut de grano resurgit fecundior cum granis aristata & corruptibile corpus in gloria resurgit cum augmento.

q ¶ Deus autem dat illi corpus prout voluit.] Sicut ab initio disposuit, vt omnia semina, cum putruerunt, in amplius reformentur.

r ¶ Et vnicuique seminum proprium corpus.] Attende, quia proprium corpus dixerit, non alienum.

s ¶ Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum.] Cuius iussu in principio terra, tanta & tam diuersa corpora animata, quæ non acceperat, dedit, quid mirum, si eius iussu hominem restituat quem accepit?

t ¶ Alia volucrum, &c.] Similiter & de aquis intellige, quæ tantam diuersitatem volucrum & piscium ediderunt.

u ¶ Et corpora celestia, &c.] Qui talia fecit corpora elementorum, cur non possit exiguum corpus humanum reficere?

x ¶ Sed alia quidem celestium, &c.] Tota comparationis huius diuersitas ad hoc facit, vt credas vnum genus reparare facile posse, qui tanta fecit ex nihilo.

y ¶ Stella enim à stella differt in claritate, &c.] Stellarum diuersitatis, iustorum differentiam comparat: quos gradus virtutum in gloria, non peccata facient esse diuersos. Nam peccatorum diuersitas in cælo non erit, sed in pena.

z ¶ Seminatur in corruptione.] Vt nec febres iam, nec cætera corruptibilitatis genera patiantur. Aliter: Sanctis & peccatoribus resurrectio carnis communis est: sed sanctorum corpora æterna gloria vestientur cum incorruptione & immortalitate.

a ¶ Seminatur in ignobilitate.] Quid tam ignobile quam cadaver?

b ¶ Surgit in gloria.] In gloria splendoris vt sol.

c ¶ Seminatur in infirmitate.] Imbecillitatis humanae.

d ¶ Surgit in virtute.] In virtute æternitatis.

e ¶ Seminatur corpus, &c.] Hic animale est corpus: quia non semper habet spiritum sanctum. Tunc verò semper manebit in sanctis. Item seminatur corpus spirituale. Aliter: Animale corpus dicit, quod conditum terræ corrumpitur. Spirituale vero quod incorruptum resurgit, vt possit aëra penetrare festinans ad cælos. Primus Adam ad hoc factus est, tantum vt viueret. Nouissimus Adam, id est, Christus, ideo suscepit hominem, vt viuificaret.

f ¶ Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam, &c.] Notandum, quod cum duos Adam dicit, eiusdem nature vtrosque demonstrat. Quod contra Manichæos & Apollinaristas facit: qui negant à Dei verbo perfectum hominem esse susceptum.

a ¶ Sed

C

D

D. HIERON
Tom VI. 7. 8

E a ¶ Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, &c. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de caelo celestis, &c. Celestis dicitur, quia non humana fragilitatis ritu, sed diuinæ maiestatis nutu & conceptus est, & enixus: nam vsque adeo naturam nostram habuit, vt secundus Adam dicitur & homo. Aliter. Hic primum & secundum hominem, iuxta opera terrestrem & caelestem dicit. Nam & Christus secundum carnem, ex nostra massa fuit.

b ¶ Et qualis celestis, tales & caelestes. Si ideo, vt haeretici volūt, nostri generis assumptus homo nō fuit: quia celestis dicitur: ergo nec isti naturæ nostræ sunt, qui caelestes appellantur. Si verò de his nemo dubitat, nec de illis est ambigendum.

c ¶ Igitur sic portauimus imaginem. &c. Peccator Adæ imaginem portat: iustus verò imaginem Christi. Ergo sicut portauimus veterem hominem ante baptismum, ita & post baptismum portemus nouum.

d ¶ Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, &c. Frequenter scriptura carnem pro operibus nominat carnis: vt ibi. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Aliter: Caro sicut est, regnum Dei non possidebit, nisi immortalitate vestita.

e ¶ Ecce mysterium vobis dico. Obscuritatem significat nominando mysterium.

f ¶ Omnes quidem resurgemus, &c. Omnes homines resurgent: sed soli qui regnaturi sunt in gloria, mutabuntur. Siue ita, resurgemus omnes qui in aduentu Christi mortui inueniemur. Non omnes immutabuntur, qui in corpore sint reperti, quia sancti soli beatitudinis gloriam consequentur. Aliter in quibusdam Græcis codicibus habetur: Omnes enim dormiemus, non omnes immutabimur. In alijs autem: Omnes enim non dormiemus, omnes autem immutabimur, quod quadrat magis ad sensum Apostoli: quia hic sermo non de omnibus generaliter dicitur, sed de solis sanctis.

g ¶ In momento, in icū oculi. Per icū oculi nimiam breuitatē vult significare momenti, vt quāta sit Dei potentia ex resurrectionis celeritate cognoscas.

h ¶ In nouissima tuba, &c. Nouissima tuba, nouissimus aduentus intelligitur Christi: mortui autem vel peccatores intelligendi sunt, qui etiā viuentes mortui esse dicuntur, vt ad penam aut immortales, aut absque aliqua membrorum diminutione resurgant: vel certe simpliciter omnes mortuos resurgere dicit, & solos sanctos cum his qui viui iusti inuenti fuerint in gloriam immutari.

i ¶ Oportet enim corruptibile hoc. Necessē est fieri quod promissum est.

k ¶ Induere incorruptelam, &c. Est quod induit, & est similiter indumentum.

l ¶ Cum autem mortale hoc, &c. Absorpta est mors in victoria. Vt

euacuat causis mortis per diuinam victoriam, sibi absorpta non appareat.

m ¶ Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus? Propheta ex persona iustorum loquitur insultantium morti.

n ¶ Stimulus autem mortis peccatum est. Sagittæ mortis peccatum, per quod anima iugulantur.

o ¶ Virtus verò peccati lex. Dum fortius & maius fit per scientiam peccatum.

p ¶ Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Victoriam illius peccati, in quo lex per carnalem nostram voluntatem fuerat infirmata, quam Christus cruce & exemplo destruxit.

q ¶ Itaque fratres mei dilecti. Reddita resurrectionis ratione, de qua haesitabant: hortatur eos in Dei opere permanere iam certos de retributione futura.

r ¶ Stabiles estote & immobiles abundantes in opere Domini, &c. Nemo vos de gradu spei futura vltimā promoueat.

CAPVT XVI.

DE collectis autem, quæ sunt in sanctos, sicut ordinauit ecclesijs Galatia: ita & vos facite. De sumptibus dicit, qui per singulas ecclesias collecti, Hierosolymam sanctis pauperibus mittebantur.

t ¶ Per vnam sabbathi. Vna sabbathi dominica dies est: sicut in euangelio dicitur, Dominum vna sabbathi surrexisset.

v ¶ Vnusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non cum venero, tunc collectæ fiant. Vt paulatim reseruantes, non vna hora grauare se putent, vt hilares datores diligantur à Deo.

x ¶ Cum autem presens fuero, &c. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo, &c. Quia ita fecerunt Macedones, vt non sit necesse mihi apud eos diutiùs demorari: apud vos autem necesse est vt maneam vel hyemem. Multa enim sunt quæ corrigantur in vobis: sicut medicus ibi moram habet, vbi plures ægrotant.

y ¶ Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten: ostium enim mihi apertum est magnum & euident, &c.

Ideo ibi permanebo, quia cum mihi euidentis datus sit aditus prædicandi, sunt plurimi, qui resistant.

z ¶ Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. Opus enim Domini operatur sicut & ego, ne quis illum ergo spernat. Sine tribulationis formidine, vel etiam vestri contemptu.

a ¶ Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. Nihil admittentes, quod ad animæ eius faciat læsionem.

b ¶ De Apollo autem fratre vobis notum facio: quoniam multum rogauimus vt veniret ad vos cum fratribus, &c. Vigilate mentis oculis ad diaboli astutias præcauendas. State, quia stanti-

A bus difficile somnus obrepat. a ¶ Viriliter agite. Muliebris enim omnis inconstantia & varietas indicatur.

b ¶ Et confortamini: omnia vestra in charitate fiant. Vt sit in vestra virtute profectus: omnia non inanis gloriæ causa, sed charitatis gratia facere festinate.

c ¶ Obsecro autem vos fratres, nostris domum Stephane & Fortunati & Achaici: quoniam sunt primicia Achaie, & in ministerium sanctorum ordinaverunt seipfos, vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in presentia Stephane & Fortunati & Achaici: quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleverunt. Quia praesentes sunt apud vos, & in illis magnum potestis habere profectum. Siue quia mihi venerunt pro vobis ministrare officium charitatis.

d ¶ Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Meum spiritum charitate pro vobis, vestrum pro mea letitia, refecerunt.

e ¶ Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Vnde & alibi ait: Cognoscite eos qui ita ambulat. vt habeatis formam nostram. Hoc cognoscite, honorate cognoscentes eorum studium vel laborem.

Philip. 3.

f ¶ Salutant vos ecclesia Asiae. Salutant vos in Domino multum Aquila & Prisca, cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Domestica congregationem fraternitatis, ecclesiam nominavit.

g ¶ Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. Sicut illis qui eum amant, redemptio venturus est Christus: ita & qui eum non amant, anathema sint, id est, vt illos abominetur & perdat.

h ¶ Maranatha. Magis Syrum est quam Hebraeum, tamen ex confinio vtrarumque linguarum aliquid Hebraeum sonet. Et interpretatur, Dominus noster venit.

i ¶ Gratia Domini nostri vobiscum. Propria manus conlucta subscriptio.

k ¶ Charitas mea cum omnibus vobis. Vt quomodo vos ego diligo, ita & in Christo inuicem diligatis.

l ¶ In Christo Iesu. Non secundum seculi charitatem.

m ¶ Amen. Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat.

Quomodo, inquit, dicit amen super tuam benedictionem.

Finis epistolae ad Corinthios primae.

COMMENTARIA IN SECVNDAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS. CAPVT I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi. Queritur cur in omnibus epistolis contra vsu epistolarum, primum suum nomen ponat, quae eorum ad quos literae destinantur. Sed hoc ex auctoritate apostolici ordinis: quia minoribus scripsit, vt etiam saeculi iudices solent ad eos quos regunt, scripta dirigere. Per voluntatem Dei, id est, non hominum voluntate. Simul vult ostendere non sine voluntate patris se missum a Christo.

b ¶ Et Timotheus frater, &c. Nō dixit Paulus & Timotheus: quia non ambo Apostoli. Ad Philippenes vero vbi non erat tanta auctoritas necessaria, serui ambo ponuntur.

c ¶ Cum omnibus sanctis, qui, &c. Hic sancti possunt accipi sacerdotes, qui in prima ponuntur inuocantes Dominum: & ad Philippenes cum episcopis & diaconibus. Ideo autem postea nominantur, ne parū intelligentes, eos praetermissos esse putarent. Cum sint in ecclesia comprehensi Achaiae, cuius est metropolis Corinthus.

d ¶ Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, &c. Hac est fo-

lita salutatio. Hic gratias agit Deo, gaudens se ideo consolari, vt ipse alios conloletur.

e ¶ Benedictus Deus Pater Domini nostri Iesu, pater misericordiarum. Quia ex ipso est omnis misericordia.

f ¶ Et Deus totius consolationis, qui consolatur nos. Id est, perfectae consolationis, quia nō est minus tribulatione solatiū. g ¶ In omni tribulatione nostra. Id est, non in aliquibus, sed in omnibus.

h ¶ Vt possimus & ipsi consolari eos. Id est, propterea liberamur, vt & nos alios consolari, & de tristitia liberare possimus. Aut ita formam dat nobis alios consolandi, vt per exhortationem qua ipsi a Deo consolamur, agnoscamus, quod Deus timentium se neminem derelinquat: & multo magis in futuro remuneret, quos etiam in praesenti non deserit.

i ¶ Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis. Id est, pro nomine Christi.

k ¶ Ita & per Christum abundat consolatio nostra. Vt Petrus est de carcere liberatus, & Paulus visione Domini & voce confirmatus in templo.

l ¶ Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Quia vos ad salutem hortamur, vel

vt vobis exemplum tolerantiae praebemus. m ¶ Quid, &c. Id est, ideo liberamur, vt ipsa se confirmemini nō pertimescere passiones, vel vt vos hortemur patienter, ferre illa quae ad praesentem consolationem pertinent & futura

a ¶ Scin-

D. HIERONIMUS
T. VI. 7. 8

E

a ¶ *Scientes quoniam sicut socii passionum estis, simul & consolationum eritis, &c.*] Id est, hæc est spes nostra firma pro vobis.

b ¶ *Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, &c.*] Narrat suas passiones, vt illi se ad illarum comparationem parua pati cognoscant, maxime cum illi talia patiantur, qui vice Christi fuerant destinati. Sicut si quis discipulus doleat super iniuria sua, cum audierit magistrum maiora perpessum, consolatione accepta dolere desinit.

c ¶ *Quoniam supra modum grauati sumus.*] Supra virtutem grauati pondere passionum.

d ¶ *Ita vt taderet nos viuere, &c.*] Ita vt mori omni desiderio cuperemus.

e ¶ *Sed ipsi in nobis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nos, &c.*] Hoc est in nostra prudentia vel cautela.

f ¶ *Sed in Deo qui suscitauit mortuos, &c.*] Ipsa mors docuit nos, omne humanum auxilium defecisse, & ab illo solo sperandum esse remedium, cui etiam possibile est mortuos suscitare.

g ¶ *Qui de tantis periculis eripuit nos, & eruit adhuc in quem speramus, quoniam liberauit nos, &c.*] Scitit adhuc multa passurum, qui sperat se ad liberandum.

h ¶ *Adiuuantibus vobis, &c.*] Nisi laborans non dicitur ab alio iuari.

i ¶ *Per orationem pro nobis, &c.*] Multum valet oratio totius Ecclesie, quæ Petrum de carcere liberauit.

k ¶ *Vt ex multarum personarum facierum eius, quæ in nobis est donationis per multos gratia agantur Deo pro nobis, &c.*] Id est, vt ex multorum conuentu pro eo, quod vobis donatur, Domino gratia referantur: vel quia multis donati sumus, plures conuertentes, per nos gratiam agunt.

l ¶ *Nam gloria nostra hæc est.*] Ideo in ipsis passionibus gloriamur: quoniam conscientia vos, nos minimè reprehendit, eo quod gloria vel lucri causa docere videamur.

m ¶ *Testimonium conscientie nostræ.*] Id est, beatimundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

n ¶ *Quod in simplicitate & sinceritate Dei non est.*] Quomodo Deus simplex est & sincerus.

o ¶ *Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in mundo.*] Hoc non subdole vel astute docentes, vt sapientia carnalis, quæ mercede distrahitur: sed gratis, sicut à Deo accepimus, vel Dei solius causa docemus.

p ¶ *Abundantius autem ad vos.*] A quibus nec victum, qui nobis iure debetur, accepimus.

q ¶ *Non enim alia scribimus vobis.*] Non confundor, quia vos nostis certum esse, quod dico.

r ¶ *Quam que legistis, & cognouistis.*] Id est, quæ legistis in Epistola, cognouistis in conscientia.

s ¶ *Spero autem, quod vsque in finem cognoscetis.*] Id est, certum sum meum propositum non mutari.

t ¶ *Sicut & cognouistis ex parte nos.*] Quia nondum finis est: cum autem venerit ex integro cognoscetis.

u ¶ *Quia gloria vestra nos sumus sicut & vos nostra.*] Sic gloriatur discipuli de bono doctore, quomodo & magister in bonis discipulis gloriatur.

x ¶ *In die Domini nostri Iesu Christi.*] Quando & veri magistri & boni discipuli probabuntur.

y ¶ *Et hac confidentia, &c.*] Id est, quod nihil aliud vestrum quæsiui quam salutem.

z ¶ *Vt secundam gratiam haberetis, &c.*] Quia primam in primo habuistis aduentu, vel vt gratiam secundam præsentia mea post literas haberetis.

a ¶ *Cum ergo hoc voluissim, &c.*] Quia promissum non impleuerat, ne leuitatis accusaretur, se excusat.

b ¶ *Aut qua cogito, secundum carnem cogito, &c.*] Id est, secundum carnalem voluntatem: carnale enim est aliquid nulla maiore causa existente, non facere quæ promissit.

c ¶ *Vt sit apud me est & non.*] Ideo non cogito secundum carnem, vt non mendax vel duplex inueniar.

d ¶ *Fidelis autem Deus, &c.*] Ita & nos per quos ipse loquitur, dum eum imitatur, non sumus infideles.

e ¶ *Quia sermo noster qui fuit apud vos, &c.*] Nulla in eo ambiguitas, nec nos vobis sumus aliquando mentiti.

f ¶ *Dei enim filius Iesus.*] Quare cum promississet ire se ad centurionis puerum, non perrexit? Sed affuit spirituali gratia, qui non affuit præsentia corporali.

g ¶ *Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo est, &c.*] Omnis veritas promissionis in Christo est, quæ per nos ad Dei gloriam prædicatur.

h ¶ *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, &c.*] Gratia & doctrina. Et quia dixerat per nos modò ostendit Deum totum facere, qui in eis ista omnia operatus est.

i ¶ *Et qui vnxit nos Deus.*] Spiritu sancto vel christmate.

k ¶ *Et qui signauit nos.*] Illud signatur, quod aliquid intrinsecus continet pretiosum.

l ¶ *Et dedit pignus spiritus, &c.*] Id est, pro arra, spiritus gratiam: omnis autem arra pro magnitudine pretii dari solet. Quantum ergo pretium est, cuius tanta est arra?

m ¶ *Ego autem testem inuoco.*] Reddit causam non impleti promissi, hoc non suæ leuitati, sed illorum infirmitati assensit deputandum.

n ¶ *In animam meam.*] Cuius secreta solus agnoscit.

o ¶ *Quod parcens, &c.*] Ne in vobis acrius vindicarem.

p ¶ *Non quia dominamur, &c.*] Non quod ideò credideritis, vt nobis dominemur, sicut in lege sacerdotes: & ideò vos terremus, sed omnia ad vestram facimus emendationem, vt hic in conscientia & in perpetuo gaudeatis, ne ipsa libertate vsi fueritis in peius.

q ¶ *Nam fide statis.*] Fide non lege, id credendo Christo stare cœpistis.

G

H

Exod. 3. d

F

CAPVT II.

A

Statuī autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Cogitavi vel disposui, ne in tristitia secundo venirem. Qui cum primum credidistis, apud vos in gaudio fui.

b ¶ Si enim contristo ego vos, & quis est, qui me lætificet? Propterea id facio, vt possim gaudere de vobis.

c ¶ Nisi qui contristatur ex me. Qui enim contristatur, intelligit se peccasse, sicut ager, qui dolorem sentit, potest percipere sanitatem, & ad medici læticiam pertinere.

d ¶ Et hoc ipsum scripsi vobis. Modò enim ideo scribo vel ante scripsi, vt literis emendati, præsentem me gaudere faciatis.

e ¶ Vt non cum venero, tristitiam habeo, quia peccatis: quæ magis augebitur, si vos non perfecte videro emendasse.

f ¶ De quibus oportuerat me gaudere. De quibus semper gaudere debueram, vel de emendatione gratulari.

g ¶ Confidens in omnibus vobis, &c. Id est, confido vos intelligere, quia tunc sit verum gaudium vestrum, si ego gaudeam. Siue confido, quod me taliter diligatis, vt meum gaudium vestrum esse dicatis.

h ¶ Scripsi vobis per multas lacrimas, &c. Primam epistolam qua vos corripui, & hinc intelligendum quam fuerit de omnium salute sollicitus.

i ¶ Non vt contristemini: sed sciatu quam charitatem habeam, &c. Non ideo commemoro, vt iterum contristemini: sed vt sciatu me omnia in charitate fecisse.

k ¶ Abundantius in vobis. Ex maiori sollicitudine, abundantiorẽ cognoscite charitatem.

l ¶ Si quis autem contristatur. Quia per illius peccatum vos etiam correpti, amplius profectis. Siue qui me emendauit, non me penitus contristauit.

m ¶ Sed ex parte. Id est, ex ea solum parte qua nocuit sibi, dum illi necesse est pœnitere.

n ¶ Vt non onerem omnes vos. Ideo scribo eum recipi, vt non oneremini, si per vestram duritiam desperauerit de salute.

o ¶ Sufficit illi, qui eiusmodi est obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus. Non de illo solum dicit, qui paternum portuit thorum, sed de omni peccante, nam multos illic peccasse, Epistola prima demonstrat.

p ¶ Ita vt econtrario magis donetis. Vt contra obiurgationem donetis veniam.

q ¶ Et consolemini. Verbis prophetiæ dicentis. Nolo mortem peccatoris. Et, iniquus quamcunque die fuerit conuersus non memorabuntur peccata eius.

r ¶ Ne forte abundantiori tristitia absorbeat, qui eiusmodi est. Ne forte per desperationem indulgentiæ absorbeat gurgite vitiorum, & à diabolo persuasus, ad infidelitatis & blasphemiarum maiora præcipitia deducatur.

s ¶ Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem. Quia perfecte recognoscat se veniam consecutum.

t ¶ Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam, &c. Vt videam, si quomodo obaudistis in vindicando: ita obaudiatis in indul-

gendo. Obedientia enim illa vera & perfecta est, quæ in nullo contemnit.

u ¶ Cui autem aliquid donatis, & ego. Sicut vobiscum vindicauit, ita & dono vobiscum.

x ¶ Nam & ego quod donauit. Non in mea persona, sed in Christi qui dixit. Quæcunque solueritis in terra, erunt & in celo soluta.

y ¶ Si quid donauit propter vos. Ne vos graucimini vel contristemini.

z ¶ In persona Christi. Quia vice fungimur Christi.

a ¶ Vt non circumueniamur. Nec enim eius ignoramus veritas. Idem similiter circumuenit per nimiam duritiam peccatores, vt pereant desperando, quomodo nimia remissione minime corrigendo. Vnde Salomon ait: Non declines in dexteram neque in sinistram. Quamuis ergo rota Epistola contra Nouarum sit, tamen hic euidentissimè ostenditur à diabolo circumuentus penitentiam denegare, cuius ista veritas est, vt sub specie iustitiæ fallat incautos.

b ¶ Cum venissem autem Troadem, &c. Modò illis vult probare, quòd amplius eos diligit, quorum causa tantum sollicitus est, vt cum essent illi omnia prosperata, nullam requiem habuerit: quia Titum, quem ad eos videndos miserat, non inuenit, timens iam ne minime eos correxisset: quia nodum ei quicquam renunciauerat Titus.

c ¶ Sed valefaciens eis, &c. Citò inde egressus sum, quamuis occasionem habuerim prædicandi.

d ¶ In Macedoniam. Per quam à vobis Titus erat vti que rediturus. Vicinior est enim Macedonia Achaia quam Troia: denique cum ibi esset, dicit Titum postea aduenisse.

e ¶ Deo autem gratias, qui semper &c. Triumphare facit nos per Christum, vel in nobis ipse triumphat.

f ¶ Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Odor notitiæ Dei, per doctrinam manifestatur & signa. Odor autem ideo dicitur, quia sentitur potius quam videtur: & quia primò credentes, aliquid tanquam per modicum odorem sentire valebant.

g ¶ Quia Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salui sunt, & in his qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Quidam ita dicunt: nolite labor Deo semper est gratus, quia omnibus prædicamus, seu velint credere, seu nolint, sed hic proprie de illis dicitur, qui vel sanabantur per ipsos, vel in quibus vindicta fiebat. Bonus ergo odor in vtrisque quia iustus.

h ¶ Et ad hæc quis tam idoneus. Ad hæc facienda quis potest tam idoneus esse quam nos, qui ad hoc sumus electi?

i ¶ Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, &c. Pseudoapostolos tangit humanum sensum diuinæ prædicationi miscentes. Vnde Eliaas ait: Caupones tui miscent vino aquam, id est, mere doctrinæ adulationis mollia verba, quibus homines non tam inebriati fuerant, quam delectati tabescant.

k ¶ Sed ex sinceritate sicut ex Deo, &c. Ex Deo proceffit doctrina, quam cum ipso præsentem in persona dicere Christi, id est, sicut ipse prædicauit.

CAPVT

D. HIERONYMUS
T. VI. 7. 8

Et ec. 18 f
23. e

Mat. 16. e

Prout. 4. d

D

Eja. 1. f

CAPVT III.

Incipimus iterum nosmetipsos commendare.] Non vt commendemus nos vobis ista dicendo, laudare nos volumus, sed hac, ne ab aliis seducamini, cogimur commemorare.

b *Aut nunquid egemus sicut quidam, &c.*] Quos non commendat gratia virtutum, illos dignè commendant Epistolæ amicorum.

c *Epistola nostra vos estis, &c.*] Per vestram fidem omnib. commendamur, sicut alibi dicit. Signaculum Apostolatus mei vos estis.

d *Scripta in cordibus, &c.*] In conscientiis nostris, & vos nobis prædicantibus credidisse, vel in corde nostro est prædicatio, per quam Epistola nostra estis facti, quæ cognoscitur, & quæ legitur ab omnibus hominibus, & manifestatur.

e *Quoniam Epistola estis Christi ministrata à nobis.*] Omnibus manifestum est, Christo vos per nostram credidisse doctrinam confirmate virtutem spiritu sancto. Sive verè hinc cognoscimini Christi esse, quod eius spiritum accepistis.

f *Ministrata à nobis.*] Hoc est spiritu sancto preparata.

g *Et scripta, non atramento, sed spiritu, &c.*] Hic differentiam inducit legis & gratiæ, Iudæi in dura materia legem acceperunt, significantur duritiam mentis eorum, sicut & velamen faciei Moysi, cordis eorum velamen ignorantia portendebat. Nos verò quamuis legem Christi scriptam in Euangelis habeamus, tamen in primis non quasi absentes tabulis scriptis, sed præsentibus per auditum Domini verba corde suscipimus. Euangelia verò postmodum scripta sunt, ad memoriam posterorum. Si ergo inexcusabiles sunt, qui legem in lapidibus acceperunt: quanto magis nos qui verba Christi suscipimus, si peccemus, vt ad Hebræos scribitur: *Si enim illi non effugerunt super terram loquente illis, & reliqua.*

h *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, &c.*] Quia nouimus vos per nos credidisse, vel quod nos non humana Epistola, sed gratia diuina commendat.

i *Non quod sufficientes simus, &c.*] Vult ostendere se nihil sua prudentia facere vel virtute, quia pauci homines iustici, nunquam sine Dei gratia totum mundum saluare potuissent.

k *Sed sufficientia nostra ex Deo est.*] Ideo hoc præmisit, quia dicturus erat tantò maius se quam Moysen meritum suscepisse, quanto maius est N. Testamentum lege, vt eos à fallis Apostolis sibi detrahentibus reuocaret.

l *Qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti.*] Dum ad hoc idonei ad implendum non effemus.

m *Non litera, sed spiritu.*] Non literæ legis, sed spiritu gratiæ ministrantes.

n *Litera enim occidit, &c.*] Quoniam alibi dicit legem esse spiritualem spiritualib. Carterum peccatores occidit, gratia autem viuificat impium conuertentem. Quidam dicunt, quod Historicus intellectus occidat, nescientes quod nec vbiq; historia, nec vbiq; possit Allegoria seruari: nam sicut quedam in figura dicta sunt, vt si præcepta velis allegoricè intelligere, omnem virtutem eorum euacuans, omnibus aperuisti viam delinquendi. Sed ille verus spiritualis intellectus est, qui non viciis coloribus pulchrum mendacium pingit, sed

virtute rerum ipsam rem exprimit veritatem.

o *Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria.*] Quæ mortificat peccatores, ceterum ipse eam sanctam & iustam & bonam alibi dicit.

p *Ita vt non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, &c.*] Id est, contra Manichæos. Nunquam enim Apostolus posset contrario comparare, id est, maiorem ministrorum noui Testamenti, quam Moysi gloriam dicere, si inter eos non videretur esse communio.

CAPVT III.

Incipimus iterum nosmetipsos commendare. **b** Aut nunquid egemus sicut quidam commendatiis Epistolis ad vos aut ex vobis? Epistola nostra vos estis^a scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominib. manifestati: **c** quoniam Epistola estis Christi ministrata à nobis^e & scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib. **d** Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum. **i** Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, **k** sed sufficientia nostra ex Deo est. **l** Qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, **m** nō litera sed spiritu. **n** Litera enim occidit, spiritus autē viuificat. **o** Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, **p** ita vt non possent intendere filii Israel in faciem Moysi^a propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur, **q** quomodo nō magis ministratio spiritus erit in gloria? **r** Nam si ministratio damnationis in gloria est, **s** multò magis abundat ministeriū iustitiæ in gloria. **t** Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentē gloriam. **u** Si enim, quod euacuatur, per gloriā est, multò magis quod manet, in gloria est. **v** Habentes igitur talem spem **z** multa fiducia vtimur. **a** Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam: **b** vt non intenderent filii Israel in faciem eius, **c** quod euacuatur, **d** sed obtusi sunt sensus eorum. **v** Usq; in hodiernum diē id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatū, **f** quod in Christo euacuatur: **g** sed vsq; in hodiernū diē, cum legitur Moyses, velamen positū est super cor eorū.

a Cum etiam Dominus, cum ascendens montem solus, splendore solis visus est radiasse, cum tamen Moyses & Helias visi in gloria referantur: & ideo vox desuper patris ipsum solum præcepit audiri.

x *Si enim, quod euacuatur, per gloriam est, &c.*] Si euacuandum per gloriam datum est testamentum: quanto magis erit, quod permanet gloriosum.

y *Habentes igitur talem spem.*] Talem spem gloriæ, quia spe salui facti sumus.

z *Multa fiducia vtimur.*] In Deo qui fecit nos idoneos.

a *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, &c.*] Non ita facimus: quia iam omnes Christiani vident gloriam Domini sancto spiritu reuelante.

b *Vt non intenderent filii Israel vsque in faciem eius, &c.*] Vtque in finem eius, id est, vsque in finem vitæ eius, ita & lex non intelligitur vsque dum in finem eius, id est, dum Christo credatur.

c *Quod euacuatur.*] Velamen nunc euacuatur in Christo.

d *Sed obtusi sunt sensus eorum, vsque in hodiernum diem, &c.*] Nisi enim crediderint, intelligere secundum Prophetam omnino non possunt.

e *Id ipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non reuelatum.*] Cuius figuram ille gestabat in facie.

f *Quod in Christo euacuatur.*] Qui finis est legis.

g *Sed vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.*] Ignorantiæ, super cor eorum quibus legitur Moyses, id est, Iudæorum.

a *Cum*

Hebr. 2. b

Rom. 7. e

A

a ¶ *Cum autem conuersus fuerit, &c.*] Cum conuersus fuerit Iudæus, sicut Moyses conuertebatur ad Dominum audientem.

b ¶ *Dominus autem spiritus est, &c.*] Nihil in illo obscurum vel velatum.

c ¶ *Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas.*] Liber est spiritus, & idcirco non potest velamen accipere, cum magis ipse omnia reuelat: quia qui spiritum Dei habet, omnia illi nuda sunt & aperta, quia spiritus omnia scrutatur.

d ¶ *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, &c.*] Euidenter & clarè Domini gloriam contemplanur.

e ¶ *In eandem imaginem transformamur.*] Quam Dominus ostendit in monte, sicut alibi dicit. Qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori claritatis suæ. Siue transformamur quotidie, & nitimur transformari.

f ¶ *A claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu.*] Id est, ab hac gloria in futuram proficimus, spiritu Domini operante.

CAPVT IV.

I Deo habentes hanc administrationem, &c.] Quia per nos idonci tanto officio non eramus.

h ¶ *Non desicimus.*] In omnibus tribulationibus nostris.

i ¶ *Sed abdicamus occulta dedecora.*] Id est, occulta vitiorum. Dedecus est enim delinquere Christianum.

k ¶ *Non ambulantes in astutia.*] Non turpis lucri gratia prædicantes.

l ¶ *Neque adulterantes verbum Dei.*] Per adulationem excusando peccata, vt aliqui causa lætificandi cor hominis verbo Dei sermonem vilem admiscant, & per terram repunt.

m ¶ *Sed in manifestatione, &c.*] Sed ita manifestum est apud homines verū esse, quod dicimus, vt eorum conscientia testimonium perhibeat nobis, qui resistant.

n ¶ *Coram Deo.*] Non hominibus, id non propter ipsos eis nos commendamus.

o ¶ *Quod si, &c.*] Quasi aliquis illi obieciſſet, quod hanc non omnes intelligant veritatem: sed non credentes, inquit, vel subdoli nõ fideles, etiam pluzimi Iudæorum ignorabant.

p ¶ *In quibus.*] Deus seculi potest accipi quomodo princeps mundi: quia ipse sibi in infidelibus vendicat principatum: sed propter calumniam hæreticorum ita intelligendum est, vt dicamus Deum mentes infidelium huius seculi merito infidelitatis excæcasse, sicut ait Saluator: *In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident cæcifiant.* Et ipse Apostolus alibi dicit: *Quia non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati, misit illis Deus spiritum erroris: hoc est, dari permittit, quia credere noluerunt, quasi si medicus inobedientem ægrum deserat, ipse ægritudinem dicitur prolongasse, cum tota illius culpa sit, quia audire contempſit. Tamen, si rursus roget & obtemperet, potest recipere sanitatem.*

q ¶ *Qui est imago Dei.*] Imago expressa substantia Dei, sicut scriptum est ad Hebræos.

r ¶ *Non, &c.*] Qui n. commoda propria querit, non Christum, sed semetipsum prædicat, sicut qui suo ventri seruiunt.

f ¶ *Nos autem seruos vestros per Iesum.*] Quia vestra vtilitati omnia procuramus, exemplo Christi, qui formam serui accepit, non gloria nec auaritiæ causa docemus.

t ¶ *Quoniam Deus qui dixit, &c.*] Hoc contra omnes inimicos veteris Testamenti, quia à patre Christi est datum.

u ¶ *Ipsè illuxit in cordibus, &c.*] Illuxit primus in cordibus nostris per Iesum Christum, vt nos alios illuminare possimus.

x ¶ *In facie Christi Iesu.*] Quæ claritas est in facie Christi maior quàm Moyſi: vel in persona Christi nos homines scientia illuminamus.

y ¶ *Habemus autem.*] Hic incipit ostendere quare tanta & talia patiantur, quia de hoc illis Pseudoapostoli detrahebant.

z ¶ *Theſaurum istum, &c.*] Theſaurum gratiæ spiritualis in fragili corpore bailuamus, in quo etiam cum alios sanemus, ipsi aliquoties infirmamur, vt quod facimus, non nostræ virtutis, sed Dei esse noscatur.

a ¶ *In omnibus, &c.*] Persecutionem quidem patimur, sed per solatium future spei non angustiamur, sed amplius delectamur.

b ¶ *Aporiamur, &c.*] Et cæde & opprobriis, sed diuino non desolamur auxilio.

c ¶ *Deijcimus, sed non perimus.*] Vſq; ad desperationem vitæ venimus, sed non morimur: sed & si morimur, non perimus.

d ¶ *Semper mortificationem.*] Per tribulationem sicut alibi ait: *Quotidie morimur per vestram gloriam,* ergo si commorimur, inquit, & conuiuemus. Illi autem, qui nolunt commoti, nec conuiuent.

e ¶ *Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur.*] Quamdiu sumus in corpore.

f ¶ *Propter Iesum, &c.*] Non propter opera mala, sed propter corpus eius, id est, Ecclesiam patimur, quod passus est ille pro nobis, vt vita eius, hoc est, æterna manifestetur in carne nostra

mortali, vt possit fieri immortalis. Nondum enim apparuit in nobis, quid erimus.

g ¶ *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis, &c.*] Nunquid in nobis semper erit mors, & in vobis vita & futura & præsens.

h ¶ *Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, &c.*] Increpat eos, qui falsis Apostolis crediderunt, idcirco Paulum passionibus subiaceret, quia fidei minoris sit. Si ergo per fidem tribulari non possit, econtrariò ostendit, se propter fidem talia sustinere: illos verò causas odii non habere per adulationem atque dissidium. Vnde ad Galatas ait: *Qui volunt in carne placere tantum, vt crucis Christi persecutionem minime patiantur.*

i ¶ *Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur, &c.*] Hoc testimonio credere se probat. Si enim ille ideo, quia credidit, loquebatur, nemo enim sana mentis alteri affirmat, quod ipse non credit: ergo & nos, qui loquimur, inquit, credimus, qui etiam propterea tribulamur.

k ¶ *Scientes quoniam, &c.*] Firmiter tenentes hanc fidem, à qua nec morte diuellimur.

C

D

1. Cor. 15. d

1. Ioan. 3. a

Galat. 6. c

a ¶ Et

D. HIERONIMUS
T. VI. 7. 8

Ioan. 9. g

2. 1. Hess. 2. c

E

a ¶ Et nos cum Iesu, &c.] Sicut illum suscitavit, & nos, si pro eorum moritur.

b ¶ Omnia propter vos.] Omnia ideo patimur, quia fideliter vestram salutem quaerimus & optamus.

c ¶ Ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, &c.] Hunc sensum habet, ut per multitudinem credentium propter gratiam abundantem, & actio abundet in gloria Dei.

d ¶ Propter quod non desicimus.] Propter vos & propter gloriam Dei in omnibus tribulationibus & opprobriis non cessamus.

e ¶ Sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur.] Licet corpus passionum iniuriis corrumpatur, anima tamen spe futurorum quotidie confirmatur ad omnia sustinenda.

f ¶ Nam id quod praesens est, &c.] Praesens tribulatio quantolibet tempore perseverans, ad compensationem immensa gloriae aeternae brevis & facilis est, sicut ad Romanos ait: Existimo enim, quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam.

g ¶ Supra modum in sublimitate, &c.] Quia nulla comparatio potest esse.

h ¶ Aeternum gloriae pondus operatur in nobis, &c.] Quia illud leve dixerat, ideo posuit hic pondus, servans Metaphoram statera, vel quod tribulationum pondus, quae supra modum sunt in praesenti, sublimitatem gloriae aeternae perficiant.

i ¶ Non contemplantibus vobis, &c.] De visibilibus nec bonis mouemus nec malis, quia vtraque finiuntur.

CAPVT V.

Sicimus enim, quoniam si terrestris domus nostra, &c.] Quasi aliquis ei dixisset, quando istud erit, cum sciam me esse mortalem: ideo resurrectionem gloriae induxit. Domus nostra, inquit, terrenum corpus, in quo in hoc seculo adhuc corporaliter habitamus: si ante aduentum Domini vel passionibus vel conditione naturae fuerit dissolutum, caelestem incorruptionem ex Deo corpore reuiuifcente sumemus.

l ¶ Donum non, &c.] Quia animale corpus quod Dei quodammodo manu dicitur esse plasmatum, hoc ipsum spirituale fiet per spiritum.

m ¶ Nam & in hoc ingemiscimus, &c.] Gemitus hic pro labore accipitur, quia cum gemitu laboratur, sicut & partus pro labore ponitur. Ad hoc ergo laboramus, ut illa superindui mereamur.

n ¶ Si tamen vestiti, &c.] A fide vel opere pietatis.

o ¶ Nam & qui sumus in hoc, &c.] Nam qui vini inueniuntur, hoc laborabunt, ut non expolientur ab igne cum peccatoribus, cum omnia ceperint elementa consumi, sed ut cum iustis immortalitate superindui mereantur.

p ¶ Ut absorbeatur, quod mortale est a vita.] Quod absorbetur non apparet, cum sit, sicut ferrum, si mittatur in ignem, manente eius materia totum fit ignis, nam & splendorem & calorem ipsius ignis assumit.

q ¶ Qui autem efficit nos in hoc ipsum Deus.] Deum hoc dicit facere, ne cui impossibile videretur.

r ¶ Qui dedit nobis pignus spiritus, &c.] Qui nobis dedit pi-

gnus spiritus, ut sciamus, quia templum sui spiritus perire non patitur.

s ¶ Audentes igitur semper & scientes.] Ideo hoc audemus petere, quia quamdiu in corpore sumus in hac vita, incertis iactamur eventibus, finem nostris exitus nescientes. Cum autem tem excesserimus e corpore, tunc scimus nos Domino propinquare: quoniam aduersis & incertis sumus seculi molestiis liberati.

t ¶ Quoniam, dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino.] Peregrinamur, quia adhuc non sumus in hereditate paterna. Ut peregrini ergo non debemus de huius seculi rebus magnopere curare: sed necessariis contenti, desiderium omne & studium perueniendi ad patriam habeamus: quia fide adhuc speramus, & nondum specie possidemus. Audemus autem, & consentimus prorsus hoc audenter legitimus: sicut alibi ait: Dissolui & cum Christo esse, multo magis melius.

u ¶ Magis peregrinari, &c.] Bene ait, peregrinari a corpore: quia ad id sumus iterum regressuri.

x ¶ Et praesentes, &c.] Quamquam creatori suo nulla creatura sit absens, sed nos quodammodo tunc illi magis praesentes erimus, etiam perfecti, cum a carnis fuerimus fragilitate iuncti. Sive quod secundum nos Deo praesentes erimus, quia secundum illum absentes esse nunquam possumus.

y ¶ Et ideo contendimus siue praesentes placere illi.] Iam modò tales esse actu conamur, quales futuri sumus in regno, natura incorruptibili sine dubio & perfecti. Hoc dicit, quamdiu in mundo positi peregrinamur a Domino, conuersatione bona id agamus, ut ei in futuro placere possimus, non ut quidam putant, quia postea quam excesserimus e corpore, ibi aliquid operantes Deum

promereamur.

z ¶ Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi.] Pro magnitudine potentiae sedentis, magnitudo tribunalis, & terror iudicii aestimanda sunt.

a ¶ Ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.] Quia de resurrectionis tempore fecerat mentionem, vult ostendere animam omnia per corpus operatam, siue bonum, siue malum. Venite ad me benedicti. Et, Discedite a me maledicti.

b ¶ Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus, &c.] Scientes quantus metus sit diuini iudicii, hominibus suademus, ut caueant: Deo autem manifesti sumus, si non & nos formidamus.

c ¶ Spero autem & in conscientia vestris manifestos nos esse, &c.] Quamuis malè vobis suggestum sit de nobis, puto tamen, quod non recipiat conscientia vestra de nobis aliud suspicari quam nouit, nec possit aliis magis fidem accommodare, quam sibi.

d ¶ Non iterum commendamus nos vobis.] Quia superius dixerat, incipimus nosmetipsos commendare.

G

Philip. 1. c.

H

Mat. 25. c.

a ¶ Sed

Rom. 8.

F

A

a ¶ Sed occasione damus vobis gloriandi pro nobis, &c.] Contra Pseudoapostolos, qui primum per detractationem odium eis volebant inferere, vt eis fides facilius haberetur.

b ¶ Vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.] Vt habeatis ad eos, qui in carnalibus, & in visibilibus, & non in a sed occasione damus vobis gloriandi pro nobis, b vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. c Siue enim mente excedimus Deo, d siue sobrii sumus vobis. e Charitas enim Christi vt get nos f aestimantes hoc: quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnib. mortuus est Christus, g vt & qui viuunt, iam no sibi viuant, h sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. i Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. k Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. l Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. m Omnia autē ex Deo n qui nos reconciliauit sibi o per Christu, p & dedit nobis ministerium reconciliationis. q Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: r non reputans illis delicta ipsorum, s & posuit in nobis verbum reconciliationis, &c.] Vt pro Christo nos reconciliemus homines Deo, cuius Christi vice, legati sumus Dei. t Tanquam Deo exhortante per nos.] Id est, non ex nobis loquimur, sed ex Deo. u Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, &c.] Quod dicit, hoc est, non inquit, nos pro Christo deprecamur, sed propter illud quod pro nobis passus est, vt credentes in ipsum, reconciliemini Deo, hoc est, vice Christi. x Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.] Secundum illud. Christus qui absque peccato erat, pro nobis dicitur factus peccatum: quia pro peccatis nostris mortuus est. Pater pro nobis Christum, qui peccatum nesciebat, peccatum fecit, hoc est, sicut hostia pro peccato oblata peccatum vocabatur in lege, vt in Leuitico scri-

c ¶ Siue enim mente excedimus Deo.] Si, inquit, sensu proprio, recta peruertimus in vitia, ipsi a Deo excedimus, atque alienamur ab eo. Si autem integrē sentimus & sobrii, vobis sufficit nostra prædicatio. Dicebant enim de illis, si eorum esset memoria coram Deo, nunquam talia paterentur. Quidam aliter dicunt. Siue in Ecclasi sumus Deo, siue nostro sensu loquimur vobis.

d ¶ Siue sobrii sumus vobis.] Si abstinentes propter vos.

e ¶ Charitas enim Christi vt get nos.] Necessē est nobis, vel aliquatenus vicem eius rependere charitati, id est, vt pro eius corpore patiamur, qui mori pro nobis morte dignatus est.

f ¶ Aestimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus.] Solus inuentus est, qui vt immaculata hostia pro omnibus, qui erant in peccatis mortui, offerretur.

g ¶ Vt & qui viuunt, iam non sibi viuant.] Ei debemus vitam nostram, qui illam in omnibus sua morte seruaui.

h ¶ Vt & qui viuunt, iam non sibi viuant.] Ei debemus vitam nostram, qui illam in omnibus sua morte seruaui. Si quis ergo sua potius quam Dei voluntatem facit, sibi viuunt, non illi. Vnde ipse Dominus ait: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum sibi, &c.

i ¶ Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem.] Id est, carnaliter circumcisum, & carnales ceremonias seruantem, & nullius veterum imitamur exemplum.

k ¶ Et si cognouimus secundum carnem, &c.] Cognouimus, inquit, secundum carnem Christum, quando maledictum factus, patibulum crucis pro nostra salute suscepit. Nunc autem non ita cognoscimus: non enim est iam passurus pro nobis, qui semel pro omnibus & mortuus est, & resurrexit. Aliter. Et si cognouimus Christum, cum adhuc essemus secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Quia eis exempla veterum proponebat, ait Christum carnaliter circumcisum cum Iudæis omnia celebrasse. Sed nunc iam ista nouimus: quia post resurrectionem eius, nouum est testamentum. Aliter. Qui infirmi sunt, carnaliter credunt Christo, perfecti vero intelligunt iam post resurrectionem nihil imbecillitatis in eo esse carnalis.

l ¶ Si qua ergo in Christo noua creatura, &c.] Si quis credit in Christo, noua est creatura, intelligens vetera, suo tempore fuisse distincta, & amodò nouo more viuendum.

m ¶ Omnia autem ex Deo.] Quia etiam præcepta innouata sunt: tamen & noua & vetera ab vno Deo pro diuersitate temporum sunt dispensata.

n ¶ Qui nos reconciliauit sibi.] Quia peccando fueramus ab eo auerti.

o ¶ Per Christum.] Per Christi doctrinā, pariter & exemplū.

p ¶ Et dedit, &c.] Vt & nos alios reconciliare possimus. q Quoniam quidem Deus erat in Christo, &c.] Tribus modis inesse Deum legimus. Secundum infinitatem omni creaturæ, sicut ipse dicit per Prophetam. Nōne cælum & terram ego impleo? Secundum sanctificationem & peculiarem inhabitationem in sanctis, iuxta illud: Et inhabitabo in illis. Secundum plenitudinem diuinitatis in Christo, dicente alibi Apostolo. Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, mundum reconcilians sibi.

r ¶ Non reputans illis delicta ipsorum.] Hoc est, per solam fidem cognoscens. s ¶ Et posuit in nobis verbum reconciliationis, &c.] Vt pro Christo nos reconciliemus homines Deo, cuius Christi vice, legati sumus Dei. t ¶ Tanquam Deo exhortante per nos.] Id est, non ex nobis loquimur, sed ex Deo. u ¶ Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, &c.] Quod dicit, hoc est, non inquit, nos pro Christo deprecamur, sed propter illud quod pro nobis passus est, vt credentes in ipsum, reconciliemini Deo, hoc est, vice Christi. x ¶ Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.] Secundum illud. Christus qui absque peccato erat, pro nobis dicitur factus peccatum: quia pro peccatis nostris mortuus est. Pater pro nobis Christum, qui peccatum nesciebat, peccatum fecit, hoc est, sicut hostia pro peccato oblata peccatum vocabatur in lege, vt in Leuitico scri-

y ¶ Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, &c.] Non nostra, nec vobis.

CAPVT VI.

A Diuantes autem exhortamur, a ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. b Ait enim: Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. c Ecce nunc tempus acceptabile: d ecce nunc dies salutis. e Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriū nostrū: f sed in omnib. g exhibeam⁹ nosmetipsos, a sicut

ptum est. Et imponet manum super caput peccati sui: ita & Christus pro peccatis nostris oblatu, peccati nomen accepit.

y ¶ Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, &c.] Non nostra, nec vobis.

CAPVT VI.

A Diuantes autem exhortamur.] Verbo vos adiuuantes.

a ¶ Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.] In vacuum gratiam Dei recipit, qui in nouo Testamento non nouus est, hoc est, nihil in illo proficit.

b ¶ Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, &c.] Acceptum tempus ad exaudiendum & ad salutem miserandum, in hac vita præfenti est, sicut ait Saluator. Ambulate, dum lucem habetis, ne vos tenebra comprehendant.

c ¶ Ecce nunc tempus acceptabile.] Sicut alibi. Dum tempus habemus, ait, operemur, quod bonum est. Dies autem ideo dicitur hæc vita: quia ad operandum est apta, & concluditur nocte iudicii, quæ dies tenebræ erunt peccatoribus, non lux in qua iam nemo poterit operari. Aestati quoque assimilatur hoc tempus, in cuius comparatione, formica dicitur hyemem sperare venturam.

d ¶ Ecce nunc dies salutis.] Modò solam possumus inuenire salutem: quia iuxta Prophetæ testimonium, in inferno nemo confitebitur.

e ¶ Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriū nostrum.] Nemo a nostro offendatur exemplo: ne non tam nostrum vitium puretur esse, quam legis.

f ¶ Sed in omnibus.] Non in aliquantis.

g ¶ Exhibeam⁹ nosmetipsos.] Omnes autem huius causæ in nostra sunt potestate.

a ¶ Sic

D. HIERONIMUS
T. VI. 7. 8

Matth. 16. d

Leuit. 26. b

Col. 2. b

D

Leuit. 24. 7

Ioan. 12. 5

E
u. Cor. 6. d

a ¶ *Sicut Dei ministros.*] Dei ministri, Deum debent, prout possibile est, imitari, vt ex actu cognoscatur Deie esse cultores. Vnde alibi ait: *Portate Deum in corpore vestro*, sicut ille se ab omnibus patitur blasphemari, & tamen in presenti vita ingratias etiam sua beneficia non denegat.

b ¶ *In multa patientia, in tribulationibus.*] Omnis læsio, tribulatio est.

c ¶ *In necessitatibus, &c.*] Omne quod necesse est, feramus, vt necesse est.

d ¶ *In angustiis.*] Angustia, est omnis egentia.

e ¶ *In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus.*] Manuum, vel discursuum.

f ¶ *In vigilis.*] Non minus mentis, quam corporis.

g ¶ *In ieiuniis.*] Notandum ieiunia cum virtutibus numerari.

h ¶ *In castitate.*] Illa est vera castitas, quæ nec mente polluitur.

i ¶ *In scientia.*] Notandū quod scientia sit inter species virtutum.

k ¶ *In longanimitate.*] Id est, suauentia longa.

l ¶ *In suauitate.*] Vt nulli verbis nostris amaritudinem generemus: & dicatur de nobis, *Fauces eius dulcedines, & totum desiderium.*

m ¶ *In spiritu sancto.*] Dum dignum ei nos habitaculum præparamus.

n ¶ *In charitate non ficta.*] Omnia, quæ nobis volumus facere, aliis faciamus: vt non diligamus verbo, sed opere & veritate.

o ¶ *In verbo veritatis.*] Id est, in verbo Christi: si aptè proferatur & verè, ne fiat de veritate mendacium.

p ¶ *In virtute Dei, &c.*] In virtute Dei, siue legis, contra diabolum dimicemus.

q ¶ *A dextris & sinistris.*] Nec prosperis eleuemur, nec frangamur aduersis.

r ¶ *Per gloriam & ignobilitatem.*] Gloriam virtutum, & ignobilitatem carceris.

s ¶ *Per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces.*] Ab aliis vt veraces laudamur, vt seductores ab aliis infamamur: sicut & ipse Saluator appellatus est à Iudæis seductor: quæ omnia æqualiter ferimus, ne extollant nos laudantes, nec deiciant detrahentes: quia necesse est vtramque partem aliquando mentiri. Vnde ad conscientiam redeuntes, non debemus aliis magis fidem accommodare, quam nobis.

t ¶ *Sicut qui ignoti & cogniti.*] Ignoti perfidis & ingratis, & cogniti à fidelibus & iustis.

u ¶ *Quasi morientes & ecce viuimus.*] Hoc est, vsque ad mortem peruenientes: sicut quando lapidatus est, & mortuus æstimatus surgens docebat in Lystris.

x ¶ *Vt castigati, & non mortificati.*] Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.

y ¶ *Quasi tristes, semper autem gaudentes.*] Tristes seueritate vultus: corde verò etiam in tribulatione gaudentes.

z ¶ *Sicut egentes, multos autem locupletantes, &c.*] In hoc ipso, quo nobis egemus, aliis abundamus: dum per nos eleemosynæ fiunt, siue terrenis egentes, alios bonis celestibus facimus locupletes. Simul attendendum, quomodo omnia quasi pati se dicit, non tamen pati, vt ostendat ista esse quasi imagines passionum, ad comparationem præmii sempiterni.

a ¶ *Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.*] Sicut ait Salo-

mon, eius qui fidelis est totus mundus diuitiarum. Nam ex cepto quòd omnia nostra Dei sunt: nemo plus habet, quam qui nullius indiget: Ille verò nihil eget, qui præter necessaria nihil requirit. De separatione fidelium ab infidelibus, & quòd omnes sancti templum sint Dei.

a sicut Dei ministros. b In multa patientia, in tribulationibus. c in necessitatibus, d in angustiis, e in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, f in vigilis, g in ieiuniis. h In castitate, i in sciètia, k in longanimitate, l in suauitate, m in spiritu sancto, n in charitate nõ ficta, o in verbo veritatis, p in virtute Dei. q Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, r per gloriam & ignobilitatem, s per infamiam & bonam famam. Vt seductores & veraces, t sicut qui ignoti & cogniti: u quasi morientes, & ecce viuimus: x vt castigati, & nõ mortificati. y Quasi tristes, semper autem gaudentes. z Sicut egentes, multos autem locupletantes. a Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. b Os nostrum patet ad vos ò Corinthii: cor nostrum dilatatum est. c Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. d Eandem autè habentes remunerationem, e tanquam filiis dico, dilatamini & vos. f Nolite iugum ducere cum infidelibus. g Quæ n participatio iustitiæ cū iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? h Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infideli? i Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, k sicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis, l & ambulabo inter eos, m & ero illorum Deus, & ipsi n erunt mihi populus. o Propter quod exite de medio eorū, & separamini, dicit Dominus, p & immundum ne tetigeritis, q & ego recipiam vos: r & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios, & filias, t dicit Dominus omnipotens.

b ¶ *Os nostrum patet ad vos ò Corinthii: cor nostrum dilatatum est.*] Ita sumus vestro profectu pro uocati, vt tacere penitus non possimus. Profectus enim discipuli, aperit os magistris. Et cor dilatatur atque amplificatur, id est, facit sensibus abundare. Sicut de Salomone scriptum est: *Quia dedit illi Deus latitudinem cordis, sicut arenam maris.*

c ¶ *Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris.*] Non ex nobis sermonis angustia: sed quia validiorem vos non potestis audire doctrinam, ideo ex vobis causa procedit angustia.

d ¶ *Eandem autem habentes remunerationem.*] Si eundem sustinueritis laborem. Aut certè si tantum, quantum dicere possumus, capiatis.

e ¶ *Tanquam filiis dico dilatamini & vos.*] Quali filii meo exemplo dilatamini, vt maiora recipiatis. Siue sacerdotes in doctrina exemplo suo præcepit dilatari.

f ¶ *Nolite iugum ducere cum infidelibus.*] Nolite illis coniungi, vel æquari: quia iugum simul non trahunt, nisi pares, id est, nolite Pseudoapostolis sociari, vel his qui in idolo recumbebant.

g ¶ *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras.*] Nulla, sicut nec cum

tenebris luci. Simul ostendit neminem posse esse iustum & iniustum, valde contraria exempla proponens.

h ¶ *Quæ autem conuentio Christi ad Belial: aut quæ pars fidei cum infideli?*] Penitus illi non potest conuenire. In Belial autem diabolum, siue Antichristum in vocabulo idoli nominauit.

i ¶ *Qui autem consensus templo Dei cum idolis? &c.*] Idola ipsos homines dicit, qui idola colunt: quia templa sunt demonum, sicut iusti templum Dei sunt.

k ¶ *Sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis.*] Cùm ubique sit Deus, tamen in illis propriè habitare se dicit, qui eius gratia perfruuntur, & qui mundum ei præparant sui cordis hospitium.

l ¶ *Et inter eos ambulabo.*] Omnes eorum sensus obtinebo, vel percurram.

m ¶ *Et ero illorum Deus.*] Deus enim natura omnium est, voluntate paucorum: non enim est Deus mortuorum, sed viuorum.

n ¶ *Et ipserunt mihi populus.*] Qui voluntate serui sunt, non natura tantum.

o ¶ *Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, &c.*] Actu vel conuersatione, vel familiaritate, non loco.

p ¶ *Et immundum non tetigeritis, &c.*] Omnis, qui peccat, immundus est, immundus enim apud Deum omnis iniquus.

q ¶ *Et ego recipiam vos.*] Si vos illi eiecerint.

r ¶ *Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias.*] Si vos parentes abdicauerint infideles, me patrem habebitis sempiternum.

t ¶ *Dicit Dominus omnipotens.*] Addidit omnipotens, ne cui impossibile videretur.

G

H

A

CAPVT VII.

HAs ergo habentes promissiones charissimi.] Tantas & tales promissiones habentibus, quanto studio mundanda est domus talem hospitem receptura, & Dei filii quo modo debent patrem in omnibus iustitia operibus imitari.

b ¶ *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, &c.*] Inquinamentum carnis est, quod per carnem admittitur, Spiritus verò, quod sola cogitatione peccatur.

c ¶ *Perficiemus sanctificationem, &c.*] Tunc erit perfecta sanctificatio, si utraq; munda seruentur.

d ¶ *In timore Dei.*] Non in laude hominum vel timore.

e ¶ *Capite nos. Neminem læsimus, &c.*] Accipite, quod dicimus, siue quod viuimus, vt exemplum nostrum teneatis.

f ¶ *Neminem corrupimus.*] Mala doctrina.

g ¶ *Neminem circumuenimus.*] Vt eius aliquid tolleremus.

h ¶ *Non ad condemnationem vestram dico. Prædiximus enim quiddam, &c.*] Non me excusando, vos tales expono: non enim possum de vobis hoc sentire, quos diligo, vt superius commemorauim.

i ¶ *Multa mihi fiducia est apud vos.*] Multam mihi fiduciam dedistis loquendi: quia in omnibus obedistis, siue quia multum me à vobis diligi non ignoro.

k ¶ *Multa mihi gloriatio pro vobis.*] Apud alias Ecclesias, de vestra emendatione mihi applaudo.

l ¶ *Repletus sum consolatione.*] Post multam tristitiam. Siue sermo mihi suppeditat consolationem, vestro prouocatus exemplo & profectus.

m ¶ *Superabundo gaudio, in omni tribulatione vestra.*] In omni tribulatione vestra tantum gaudeo, vt obliuiscar omnium pressurarum.

n ¶ *Nam & cum venissemus in Macedoniam, &c.*] Ostendere illis vult, quantam pressuram magnitudo gaudii superarit.

o ¶ *Sed omnem tribulationem passi sumus.*] Nullum genus tribulationis experti non sumus.

p ¶ *Foris pugna, intus timores, &c.*] Pugna contra infideles, & timor de fratribus fallis: siue timebamus, ne scandalizentur infirmi.

q ¶ *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus.*] Hoc est humiliatos passionibus & afflictos.

r ¶ *In aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, &c.*] Non solum quia desideratus aduenit, sed etiam quia illa nunciavit, propter quæ eius maxime expectabamus aduentum.

s ¶ *In qua consolatus est in vobis.*] Post luctum quem pro vobis nobiscum habebat.

t ¶ *Referens nobis desiderium vestrum, vestrum sterum.*] Pro nostra contumelatione, & quorundam peccatis.

u ¶ *Vestram emulationem pro me.*] Quia vice mea emulati estis Dei emulatione peccantes, siue triplex est emulatio, aut imitationis, aut inuidiæ, aut de qua agitur in presenti.

x ¶ *Ita vt magis gauderem.*] Quia non modò correxistis vos, sed etiam amplius profectistis.

y ¶ *Quoniam & si contristati vos in epistola, &c.*] Et si me penitisset, eo quòd vos durius corripuerim: tamen vester facit profectus, vt non me pœniteat: quasi si dicat medicus etiam si doluisset mihi tam ardentem vsum esse cauterio: sed nunc gaudeo, non quia doluistis: sed quia dolor ille vobis profuit ad salutem.

CAPVT VII.

HAs ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, & perficiemus sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Prædiximus enim, quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Nam & cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra: sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugna: intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, in qua consolatus est in vobis, referens nobis desiderium vestrum, vestrum sterum, vestram emulationem pro me ita vt magis gauderem. Quoniam & si contristati vos in epistola, non me pœnitet. Et si pœniteret videns quòd epistola illa, & si ad horam vos contristauit, nunc gaudeo, nò quia contristati estis: sed quia contristati estis ad penitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia, mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur & si scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam: nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro vobis coram Deo. Ideo quoque consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi

z ¶ *Contristati enim estis secundum Deum, &c.*] Non secundum seculum.

a ¶ *Vt in illo detrimentum patiamini ex nobis.*] Aut nostra negligentia. Aut vt venientes aliquem vestrum damnarem.

b ¶ *Quæ enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur.*] Est enim penitentia diabolica aduersa salutis: si quis de bono opere pœniteat. Stabilem operatur, stabilem salutem siue permanentem penitentiam. De propitiatu enim peccatorum, non debemus esse sine metu.

c ¶ *Seculi autem tristitia mortem operatur.*] Seculi tristitia est, aut de amissis rebus propriis, aut de alienis non inualis dolere, vel de alterius felicitate torqueri. Secundum Deum verò tristitia est: siue sua, siue aliena lugere commissa.

d ¶ *Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem.*] Hoc ipsum, quod modo factum est, potest vos docere: quid sit inter vtramque tristitiam.

e ¶ *Sed defensionem.*] Quidam habent, sed excusationem, in Græco autem *ἀπολογία*, id est, satisfactionem præcepti scilicet dicit. Quidam dicunt, hoc loco sed præpositionem in Latino esse superfluum. Apud Græcos verò consequentiam, struatur esse sermonis.

f ¶ *Sed indignationem.*] Contra peccantes, non negligentiam.

g ¶ *Sed timorem.*] Timorem doni, non securitatem.

h ¶ *Sed desiderium.*] Non fastidium, sed desiderium nostrum.

i ¶ *Sed emulationem.*] Contra peccantes, ne vltra peccarent non remissionem.

k ¶ *Sed vindictam.*] Non veniam nocuiam, sed vindictam salutarem.

l ¶ *In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio.*] Probastis vos immunes à culpa: contaminatus enim auctoritatem non habet vindicandi.

m ¶ *Igitur & si scripsi vobis non propter eum, qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est.*] Non propter eum qui patri fecit iniuriam tantum, nec propter ipsum solummodo patrem scripsi. Potest & ita dici: Non propter eum qui excommunicauit: neque propter eum qui eiectus est, scripsi: neque enim per me hæc sola emendata vel correpta est causa.

n ¶ *Sed ad manifestandam sollicitudinem.*] Ne putetis nos aliquid posse latere, dum pro vobis sumus nimia cura solliciti.

o ¶ *Ideo quoque consolati sumus.*] Quia vos castos probatis esse in negotio.

p ¶ *In consolatione autem, &c.*] In hoc autem amplius gratulati sumus, quòd ita à vobis Titi Spiritus est refectus, vt nunquam de eius mente possitis recedere. Profectus quippe discipulorum, spiritualia gaudia sunt magistrorum.

a ¶ *Et si*

E

a ¶ Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum.] Quasi peritus medicus agit : qui vulnus iar-

b ¶ Non sum confusus, &c.] Confusionem non habet gloria de profectu.

c ¶ Ita & gloriatio nostra, que fuit ad Titum, veritas facta est.] De rebus iustis, non vanitatis, sed veritatis est gloriatio.

d ¶ Et viscera eius abundantius in vobis sunt, &c.] Omnia vos affectuum eius membra desiderant, vt oculi presentiam, aures sermonem, os colloquium expectet.

e ¶ Quomodo cum timore & tremore exceperit illum.] Obedientiam fidelem describit: qui enim ex charitate obedit, timet contristare, quem diligit.

f ¶ Gaudeo, quod in omnibus confido in vobis.] Fecistis me gaudere, quia de obedientia vestra nunquam potui hesitare, & de ministerio in sanctos.

CAPVT VIII.

Noram autem facimus vobis fratres gratiam Dei, &c.] Causam inchoat de collectis, & exemplo Ecclesiarum illarum, eos ad presentiam & eleemosynam prouocat, vt non putarent sibi graue, quod pauperiores videant, iam fecisse.

h ¶ Quod in multo, &c. gaudii ipsorum sunt.] Tunc maxime gaudent, quando fuerint tribulati, scientes Apostolos contumeliã in concilio passos pro nomine Christi, publica læticia fuisse gauisos.

i ¶ Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum, &c.] Multum quidem in terrena facultate sunt pauperes, sed in magna simplicitate sunt diuites, plus cupientes dare quam habent, ac propterea Deus animam magis probat, quam quod dextera porrigit. Qui enim, quantum potest facit, totum fecit, similiter diues & pauper, quamuis diues amplius dare videatur.

k ¶ Quia secundum virtutem.] &c.] Verbis præposteris hoc dicit. Testimonium illis reddo, quod secundum vires facientes, supra virtutem voluntarii fuerunt.

l ¶ Cum multa exhortatione, &c.] Multum suadentes nos, rogauerunt, vt gratanter, quæ offerebant, susceperemus in ministerium sanctorum.

m ¶ Et non sicut spe, &c.] Amplius quam sperabamus, fecerunt, non contenti sua dare, sed seipos primo Domino tradiderunt, deinde nobis, hoc est, Deus videt voluntatem eorum, nos effectum.

n ¶ Per voluntatem Dei.] Non vt nobis placerent sine Domini voluntate.

o ¶ Ita vt rogarem Titum, &c.] Illorum deuotione accensum mittere eum ad vos, vt doctrina & dispositione sua, etiam hoc in vobis perficiat, ne quid minus cæteris habeatis. De collaudatione Corinthiorum & æqualitate, prout quisq; habuit, & de ministerio quod fit in sanctos agit.

p ¶ Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone & scientia, &c.] Nota cum fide scientiam esse laudabilem.

q ¶ Vt & in hac gratia abundetis.] Ne cum in aliis vindicatis, in hoc ab aliis superemini.

r ¶ Non quasi imperans dico, &c.] Non impero nec exigo, sed consilium do, vt sicut in multis formam aliis præbetis, ita & in isto opere faciatis. Est enim vobis sic ingenua pietas, vt ab aliis eam discere minime egeatis.

s ¶ Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi : quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Et consilium hoc do. Hoc enim vobis vtile est.] Non ignoratis DEI filium propter vos pauperem factum : qui vniuersorum erat conditor & Dominus : vt eius exemplo bonis cœlestibus ditaremini. Si ergo ille propter vos temporalia vniuersa contempsit, quanto magis vos dare debetis parua, non vestra, imò sua ei reddere? Ipsi enim datur, quicquid eius causa porrigitur. Simul & contra Fortinum facit, quod prius quam pauper fieret Christus, diues erat, quia habitabat in patre.

CAPVT VIII.

Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in Ecclesia Macedonia, & quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarii fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerii, quod fit in sanctos. Et nõ sicut sperauimus, sed semet ipsos dederunt primum domino, deinde nobis per voluntatem Dei, ita vt rogarem Titum, vt quemadmodum cepit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone & scientia, & in omni sollicitudine insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico : sed per aliorum sollicitudinem etiam vestra charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi : quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis, & consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cepistis ab anno priore. Nunc vero & facto perficite, vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, nõ secundum id quod nõ habet. Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate in presenti tempore, vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est, &c.] Qui multum habuit non abundauit, & qui modicum, non minorauit.

t ¶ Qui non solum facere, sed & velle cepistis ab anno priore.] Ostendit quosdam posse facere non volentes, cum aut importunitas perentis, aut auctoritas præcipientis exigeret.

u ¶ Nunc vero & facto perficite, vt quemadmodum promptus, &c.] Quod voluntarie incepistis, implete. Omnis enim boni operis finis est expetendus. Quia licet factum inuiti, acceptum non est : ita voluntas infructuosa est, habentibus eam sine facto.

x ¶ Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, &c.] Ne putetis me aliquem supra vires cogere, aut tantum in hac causa a paupere quantum a diuite expetere. Omnes æqualiter dabunt, vnusquisq; tantum dederit, quantum potest, non secundum quod nõ habet. Hoc & Tobias dicebat ad filium. Pro ut habueris, fili, fac eleemosynam.

y ¶ Non enim, vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, &c.] Non dico, vt vobis nihil seruetis, sed quod quidem vtriusque sufficiat.

z ¶ Vestra abundantia, illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestre inopia sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est, &c.] Date illis carnalia, vt & illi vacantes, possint vobis reddere spiritualia. Isti enim duo gradus sine alterutro esse non possunt : iam enim ille perfectus non erit de carnalibus cogitando quamuis misericors, cum non habet cui dare, vel quo modo dare doceatur.

a ¶ Qui multum habuit non abundauit, & qui modicum non minorauit.] De manna hoc dicitur, quod accepit populus in deserto, cuius exemplo docemur, quod omnis superabundantia generet vermes. Simul & ostenditur, quæ Deus dat, omnibus æqualia esse debere. Et propter huius testimonii auctoritatem, vult nobis Apostolus presentia omnia esse communia, vt & perfecti doctrinam non abscondant, & habentes substantiam mundi, non denegent eis victum: Dignus est enim operarius cibo suo.

G

H

Tob. 4.

Mat. 10. b

A

a ¶ *Gratias autem ago, &c.*] Gratia quidem exhortationis, à voluntate propria festinauit, vt mercedem haberet, non inuitus quasi ei sit credita dispensatio.

b ¶ *Misimus autem cum illo, &c.*] Hoc de Luca intelligitur: quia laudem in Euangelio conscribendo videtur habere præ cæteris: qui etiam actus Apostolorum præter Euangelia scripsit.

c ¶ *Non solum autem, &c.*] Testimonio Ecclesiarum idoneum eum & probatum fuisse, demonstrat.

d ¶ *Ad Domini gloriam, & destinatum voluntatem nostram.* (Propositam siue paratam.) Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, &c.] Ne quis dicat: quomodo Christus legem impleuit, cum videamus Christianos, non tantam Eleemosynam facere, quanta fieri in lege præceptum est?

e ¶ *Prouidemus enim bona, &c.*] Nihil enim propter humanam gloriam facimus: sed tamen nolimus, vt per nos aliquis scandalum merito patiatur, sed vt omnes videntes opera nostra bona magnificet patrem nostrum.

f ¶ *Misimus autem cum illis & fratrem nostrum.*] Quidam hoc de Apollo allegerunt dictum.

g ¶ *Quem probauimus in multis sæpe sollicitum esse, &c.*] Testimonium illi dat, vt facilius audiat.

h ¶ *Nunc autem sollicitiorem multo confidentia multa in vos.*] Multo nunc sollicitiorem comprobamus eum propter vos: quia vestra obedientia prouocatur, siue quia adiuti à Tito, siue quia per seipsum comprobauit.

i ¶ *Siue pro Tito qui est socius meus & in vobis adiutor: siue fratres nostri, &c.*] Quod dicit, hoc est. Tam Titi causa qui eorum obedientiam collaudauerat: quam eorum qui ad ipsum fuerant pariter destinati: ita se exhiberent, vt & charitas synceritatem, & Apostolicæ præ ipsius gloriæ veritatem in conspectu omnium comprobarent.

k ¶ *Ostensionem ergo que est charitatis vestra & nostræ gloriæ, pro vobis in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.*] Vt videant verum esse, quod dicitur in omnibus Ecclesiis de vestro profectu. Siue aliter ostendite charitatem vestram: de qua coram omnibus Ecclesiis gloriamur.

CAPVT IX.

N Am de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones, &c.] Mutare videtur, sanctos, hic sensum, & ideo quidam dicunt eum superius de laicis dixisse, hic verò de sacerdotibus sanctis. Alii verò aiunt eum de Eleemosynis hucusque tractasse, modò autem de ministerio verbi commone: quod sanctificatis per baptismum exhibetur. Hi verò duo sensus vsque ad finem causæ diligenter vtrique sunt colligendi.

m ¶ *Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, &c.*] Tota prouincia, cuius caput estis, per nos ad hoc ministerium prouocata est.

n ¶ *Et vestra æmulatio prouocauit plurimos, &c.*] Hic æmulatio pro imitatione ponitur.

o ¶ *Misimus autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in parte, &c.*] Superius memoratur. Qui vos commoneant, ne aliter inueniant, in parte doctrinæ, siue ministerii quam putabam.

p ¶ *Vt quemadmodum dixi parati sitis, ne cum venerint, &c.*] Si nos erubuerimus quasi falso gloriantes, quanto magis vos & pro vestra negligentia, & pro nostro rubore? Multa enim confusio est, si quis pro eo, qui eum diligit, erubescat.

q ¶ *Necessarium ergo existimauit rogare fratres, vt proueniant ad vos, & præparet repressam benedictionem, &c.*] Siue à benedicendo, siue quia per humanitatem eorum benedictio nascitur Dei.

r ¶ *Sic quasi benedictionem non quasi auaritiam, &c.*] Benedictio erit, si grato animo tribuatur.

s ¶ *Hilarem enim datorem diligit Deus, &c.*] Auarus autem hilariter dare non nouit. In scientia autem avarus est, qui sensum non vult implere, quem cepit.

Vnde Dominus neminem in via salutare præcepit, hoc est, nulli transitoriè verbum annunciare salutis. Hoc est autem, qui parèc feminat, parèc & metet. Contra Iouinianum etiam hic locus facit, vbi meritorum gradus esse monstrantur. Et qui feminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Econtrariò ergo in maledictione feminans, inde & metet, sicut scriptum est:

Non feminet mala in sulcis iniurie, & non metes ea septuagies. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, id est, voluntarius non coactus, non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus, &c.

Secundum sapientiam Salomonis. Et in omni dato, hilarem fac vultum tuum. Si autem de scientia intelligitur, hilarem in labore suo vult esse doctorem, sicut de se alibi dicit. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, & reliqua.

t ¶ *Potens est autem Deus, &c.*] Siue ne inopiam formidarent, siue gratuitum donum sapientia.

u ¶ *Qui omnem gratiam abundare facere in vobis, &c.*] Gratiam nascentia, quia exinde per opera vestra, Deo gratia referuntur. A fructu enim frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.

x ¶ *Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est, &c.*] Ita vt tam carnalium misericordiarum quam spiritualium, id est, doctrinarum opus bonum possitis implere, sicut scriptum est.

y ¶ *Dispersit, dedit pauperibus, &c.*] Siue sensu pauperibus, siue substantia, sicut superius ait, illorum abundantia, vestrae inopie sit supplementum.

z ¶ *Iustitia eius manet in æternum, &c.*] Rebus temporalibus, æterna iustitia comparatur.

a ¶ *Qui*

C

D

Eccles. 7. a

Eccles. 3. b

Esal. 4. b

D. HIERON
Tom. VI. 7. 8

E

G

a ¶ Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit.] Hoc ait. Quod Deus, qui velle eis prælit, etiam facere perficiat in vobis. Hoc est, Deus, qui tibi dedit, vt de dispenses, eferunt enim minimè patietur. Si autem ad semen verbi referas. Qui dedit officium docendi, præstabit & efcam tibi, modò ad hoc solum vacare velis.

b ¶ Et semen vestrum.] Humilitatis vel sermonis.

c ¶ Et auget incrementa frugum iustitiæ vestrae, &c.] Fruges iustitiæ, sunt facultates, cum de eis fit iustitia. Cum verò aut iniquè congregantur, aut ad auariciam vel superbiam possidentur, fruges iniquitatis fiunt. Pretio enim grauens triticum in populo maledicitur, siue fruges iustitiæ, sermones sunt Dei. De fructu enim laborum suorum satiabitur sapiens.

d ¶ Vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, qua operatur per nos gratiarum actionem Deo, &c.] Vt sine discretione omnibus simpliciter indigentibus tribuatis. Non quærentes cui, sed quare detis.

e ¶ Quoniam ministerium huius officii non solum, &c.] Duplicem potestis habere mercedem, & perfectionem sanctorum, & gratiarum in Domino actiones. Aliter, Non solum docet sanctos, sed Domino gratias agit, qui nos tanta sapientia erudiuit.

f ¶ Per probationem ministerii huius, &c.] Per hoc ministerium esse probamini Christiani, magnificantes Deum per operum confessionem, sicut econtrario alii factis negare dicuntur. Aliter, Perfectè docetis, & ostenditis diuinum esse, in quo Deum per obedientiam magnificatis.

g ¶ Et simplicitate communicationis vestrae in illos, & in omnes, &c.] In omnes simpliciter tribuentes siue docentes bona, quæ comunicatis potius quam donatis, certi vos cum multiplici ea facnore recepturos. Hæc omnia operatur administratio huius officii, quæ etiam in hoc abundat.

h ¶ Desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis, &c.] Quis autem non desideret talem propter gratiam siue scientiæ siue misericordiæ cæteris eminentem.

i ¶ Gratias Deo super inenarrabili dono eius.] Qui tantam nobis gratiam pietate sua conferre dignatus est. De armis carnalibus & spiritualibus, & de Apostoli potestate, & de his qui se ipsos commendare conantur.

C A P V T X.

Ipsè autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem, &c.] Ea vos mansuetudine rogo, qua Christus, cum se posset de iniuriis vlscis, noluit, vt vel sero se corrigerent.

l ¶ Qui in facie quidem humilis sum inter vos, &c.] Semper sanctorum præsentia, per nimiam humilitatem, minus intelligentibus potest esse contemptui. Absentes verò, si necesse fuerit, confidenter suam indicant potestatem. Qui præsentem, sic sunt quasi nihil possint habere virtutum, si tamen nihil delicti repererint in subiectis.

m ¶ Rogo autem vos, ne præfens audeam, &c.] Ita agite, ne mihi necesse sit manifestare virtutem.

n ¶ Per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, &c.] Nam omnis existimatio facta est, sicut est. Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam.

o ¶ Qui arbitrantur nos, tanquam secundum carnem ambulamus, &c.] Qui putant nos nihil amplius cæteris hominibus habere virtutis.

p ¶ In carne enim ambulantes, non tamen secundum carnem militamus, &c.] In corpore videmur incedere, sed vt Dei ministri spiritualiter militamus. Arma quippe militiæ nostræ non sunt facta de ferro, nec manu hominis fabricata sunt, sed potentia Dei, qua plus vel verbo agas, quam alii homines carnalibus armis.

q ¶ Ad destructionem munitio- num consilia destruentes, &c.] Munitio enim & circumdant doctrinam suam falsi doctores astutia argumentis, quas aereas potestates Apostolus destruit virtute gratiæ spiritualis, sicut illum Magum vias Domini peruersis disputationibus subuertentem Paulus verbo cæcauit. Item cogitationes aduersariæ, quæ aduersus Christum suggeruntur, destruendas dicit.

r ¶ Et omnem altitudinem extol- lentem se aduersus scientiam Dei.] Quid tam superbū quam diuinis contraire doctrinis?

s ¶ Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, &c.] Illos destruiamus, qui sub nomine obsequii Christi, omnem intellectum sententiæ cupiunt captiuare.

t ¶ Et in promptu habentes vlscis omnem inobedientiam, &c.] Parati ad vlscendum omnem inobedientiam, cum impleta fuerit obedientia. Hoc dicit Apostolus, modò paratum se esse vlscis omnem inobedientiam, cum ea quæ præcipiuntur, impleuerint. Item cum iam vestra per nos obedientia fuerit impleta, illi non audiantur potestatem se vindicandi accepisse à Domino, quia mentiuntur.

u ¶ Quæ secundum faciem sunt, videte.] Hoc est, ab illis qui in facie gloriantur, caute. Tam manifesta est rei probatio, vt facillima sit intellectu. Siue ab his hypocritis vobis caute, qui in præsentia gloriantur.

x ¶ Si quis confidit Christi esse, hoc cogitet iterum apud se, &c.] Nemo tam stultus est, quam qui se solum Christi esse gloriatur.

y ¶ Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem.] Nam & si me magis potestatem à Christo accepisse dixerò, quam cæteros, vt Apostolus, non erubescam, quia verum dico, & non gloriæ sed edificationis causa compulsus hæc facio.

z ¶ Et non in destructionem vestram, non erubescam, &c.] Vnam illi & vsurpatam & in destructionem exercere cupiunt potestatem.

a ¶ Vt non existimer quasi terrere vos per Epistolas, quoniam quidem Epistola, inquit, graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis, &c.] Hoc ideo dico, ne quis me putet illa comminari, quæ implere non possum, vt de me iactant deceptores.

b ¶ Hoc cogitet, qui eiusmodi est, &c.] Qui putat hoc, sciat

Sap. 3. d

F

Ad Cor. 13. b

H

A

omnia me posse facere, si necesse sit, quae promitto. Nam obedientibus per humilitatem infirmus, & peccantibus per severitatem fortis existo.

a ¶ *Non enim audemus inferere, &c.* Id est, non debemus ita Deum contemnere, vt coaequemur aliquibus, qui suis laudibus malunt quam Dei gratia commendari, nec de nobis possumus maiora iactare, quam sumus.

b ¶ *Sed & ipsi in nobis nosmetipsos mentientes, &c.* Non excedimus mensuram nostram terminos.

c ¶ *Et comparantes nosmetipsos nobis, &c.* Non minoribus, sicut cum illi nihil sunt, Apostolis se non modò aequales faciunt, sed etiam anteponunt.

d ¶ *Nos autem non in immensum, &c.* Nihil supra mensuram humanam facimus, sed in Apostolatus gratia, quantum nobis Dominus donare dignatus est, per quam vobis Corinthiis praedicamus, nec enim hoc usurpatione fecimus, sed praeepto.

e ¶ *Vsque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi, &c.* Non nostro, vt illi qui praedicando se, suum Evangelium faciunt.

f ¶ *Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, &c.* Immensum est in alienis laboribus gloriari. Illi autem semper ad fideles ibant, qui signa minimè quaerebant.

g ¶ *Spem autem habentes, &c.* Qui non munera à vobis, sed mercedem à Deo vestrae fidei expectamus.

h ¶ *In abundantia illa qua ultra vos sunt evangelizare, &c.* Id est, non enim vsque ad vos sufficit pervenire, sed cum vestra fides creverit, aliò transiemus.

i ¶ *Non in aliena regula in his.* Sicut illi de praeparatis iam ab aliis impudenter gloriantur.

k ¶ *Qui autem gloriatur, in Domino gloriatur, &c.* Iam gloriari in Domino exhortatur, cuius virtutes in eo operatae sunt.

l ¶ *Non enim, &c.* Scipsum commendat, qui ipse laudat se. Illum verò Dominus commendat, qui signorum virtutibus commendatur.

CAPVT XI.

Vtinam sustineretis modicum, quid insipientiae meae, &c. Sustinete me, quia multum sustinere consuevistis imprudentiam meam. Ideo insipientem se dicit:

quia illi necesse erat, aliqua de se dicere, licet vera, vt ostendat, quam verè insipientes sunt, qui falso se laudant. Sed & supportate me.

n ¶ *Aemulor enim.* Id est, non stimulo lioris inflammor, sed vos tanquam pater diuina aemulatione custodio, vt possim vos immaculatos Christo coniungere: tanto maiore studio conuersatos, quanto meliori estis sponso iungendi.

o ¶ *Timeo autem, &c.* Serpens Euam de Deo mentiendo seduxit, affirmans solum Deum comminatum esse mortè, nec esse iam illaturum. Ita & Pseudoapostoli afferbant ideo Evangelii praeepta addita, vt vel sic lex antiqua seruaretur, & eam solum sufficere custoditam perquirunt aemulatores. Iam nunc serpens similiter quosdam seducit, gehennam propter

solum terrore afferentes nominari, quam aut penitus non esse, aut aeternam non esse affirmat, contra auctoritatem omnium scripturarum.

p ¶ *Et excidant à simplicitate, &c.* Quia Dei verbum simpliciter credere, non est hominum peruerforum.

q ¶ *Quae est in Christo Iesu, &c.* Castus sensus qui vni viro coniungitur Christo, & solius illi semel promissa sufficiunt.

r ¶ *Nam si is, qui venit, alium Christum praedicat, quem non praedicauimus, &c.* Si vobis amplius aliquid gratiae praedicaretur, quam per nos accepistis, rectè eos nobis praeponi forsitan pateremini.

s ¶ *Existimo enim nihil me minus fecisse, &c.* Me minus fecisse istis, qui nihil sunt, ne puretis.

t ¶ *A magnis Apostolis.* Quando magis Petrus & ceteri praedicant minus aliquid accepisse.

u ¶ *Nam & si imperitus sum sermone, sed non scientia.* Non sicut isti qui, cum sint scientia imperiti, in sermone tumido gloriantur.

x ¶ *In omnibus autem manifestus sum in vobis, &c.* Ostendit integritatem suam, qua per Deum omnia fecerit, cum nec auaritiam, nec gulam, nec gloriam ab eis aliquando quaereret.

y ¶ *Aut nunquid peccatum feci, &c.* Si forte hoc solum peccauit, qui propter vos etiam licita & concepta contempsit.

z ¶ *Quoniam gratis Evangelium euangelizavi vobis, &c.* Qui neque panem quotidianum, quem ordinauit Dominus, accepimus.

a ¶ *Alas Ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum, &c.* Cum vobis praedicarem, mihi Macedones ministrabant.

b ¶ *Cum essem apud vos, &c.* Hoc fuit ex veritate infirmitatem portare paruulorum, vt nec tunc quidem vellet accipere, cum egeret.

c ¶ *Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, &c.* Qui non occurrerant, manibus adorando fratres, quos nouerunt falsos: nec Pseudoapostolos susceperant, quinimo vincebant.

d ¶ *Et in omnibus, &c.* Quando infirmos vos habueritis.

e ¶ *Est veritas Christi in me.* Sicut Christus semel statuit, nec negauit, necesse est, vt aliquando non mentitus ita faciam.

f ¶ *Quoniam haec gloriatio.* Gloriationem propter Deum concessam contemnit, praecipue si inopiam patiatur.

g ¶ *Quare? Quia non diligo.* Ipse nouit, vtrum vos diligam an non. Imò ideo à vobis non accipio: quia multum vos diligo.

h ¶ *Quod autem facio & faciam.* Hic reddidit causam, quare ipse non acceperit, & aduersarii cur docerent gulam, auaritiamque; seclarentur, quarentes per paucum aditum inuenire lucrandi, vt hic vel panem acciperet, illi aurum licentius exigerent. Ideo tollit occasione Apostolus, vt in hoc appareant, qui propter Deum docerent, si à discipulis nihil expererent.

i ¶ *Nam eiusmodi Pseudoapostoli sunt, &c.* Dicentes. Haec dicit Dominus, cum ipse non miserit eos, & visiones à corde suo loquuntur.

DHIERON
T. IV. 78

B

D

E **a** ¶ Operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi, &c.] Subdolos est, qui aliud fugit, cum aliud agit, ut sub contemplatione Evangelicæ prædicationis contegat rapacitatem. Tales enim prædicatores, ut hominibus placeant, necesse est adulari, ut adulando placeant, & placendo accipiant, ea quæ commendantur dicunt, non ea quæ ædificant audientem. Ple- rique eorum non tam pecuniam desiderant quam honorem, arbitantes se summis opibus esse ditatos, si ab omnibus collaudentur: sed nec pecunias ideo spernunt, quia non habent, sed quia in reconditis habent. Veri autem & simplices magistri Apostolos imitantur, dicentes. Neque enim fuimus in sermone adulationis aliquando, nec in occasione auaritiæ, neque quæ- rentes ab omnibus gloriam nec à vobis.

b ¶ Et non mirum, ipse enim Satanas transfiguratur se in angelum lucis.] Non tam facile somniis, aut aliis quibus quasi angelis lucis, fides habenda, ne forte transfigu- ret se Satanas in angelum lucis, & decipiat ac fallat incautos.

c ¶ Non est ergo magnum si mi- nistri, &c.] Non mirum si mini- stri Satanae, auaritiæ, id est, glo- riæ causa fingant se iustitiam prædicare.

d ¶ Quorum finis erit secundum opera ipsorum.] Mala opera, malus finis expectat.

e ¶ Iterum dico, ne quis putet me insipientem esse, &c.] Iam superius dixit. Sustinere modicum quid insipientiæ meæ, & reddiderat rationem: quia zelo Dei eos zelaret, non gloriæ desiderio esset de se aliquid dicturus, ne eius in odium verbi, falsos Apostolos se- querentur. Si ergo insipientia eius tam sapiens est, quam sapiens erit ipsa sapientia: Simul notan- dum, quia mirum esse non debet, si ad tempus falsa doctrina præualeat, cuius auctoribus in fine vindicta promittitur.

f ¶ Quod loquor, non loquor secundum Deum, &c.] Si hic necessitate populi compulsus, negat se secundum Deum gloriari, quid de illis sentiendum est, qui sola ia- ctantia gloriantur substantiæ gloriæ: Est enim alia vera sub- stantia gloriandi.

g ¶ Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.] Quoniam in nobilitate terreni generis gloriari, carnale est.

h ¶ Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes, &c.] Video enim vos cum edocti sitis, nullius momenti insipientibus facile concessisse.

i ¶ Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, &c.] Legis vel Pharisæorum, qui dominatum in populum exercebant.

k ¶ Si quis deuorat, si quis accipit.] Conuiuia vel munera. Si quis accipit pecuniam.

l ¶ Si quis extollitur, &c.] Iudaica superbia vel de scientia vel de generis qualitate.

m ¶ Si quis in faciem vos cedit, &c.] Si quis etiam præfentes obiurgat.

n ¶ Secundum ignobilitatem dico.] Ignobilitas enim maxima est, si quis filius Dei, de terrena nobilitate se iactet.

o ¶ Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte, &c.] Ab illis minus aliquid habeamus.

p ¶ In quo quis audet.] Hic se Apostolis comparat laborum suorum contemplatione. Item notandum quod quasi teme- rarium dixerit audere.

q ¶ Audeo & ego.] Possum auderi, si volo.

r ¶ Hebraei sunt & ego. Israelitæ sunt & ego. Semen Abraha sunt & ego, &c.] Si in hoc gloriantur, & ego huius sum gentis.

a ¶ Operarii subdoli, transfigurantes se in Apo- stolos Christi. **b** Et non mirum. Ipse enim Satanas transfiguratur se in angelum lucis. **c** Non ergo est magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, **d** quorum finis erit secundum opera eorum. **e** Iterum dico, ne quis putet me insipientem esse. Alioquin velut insipientem accipite me: ut & ego modicum quid glorier. **f** Quod loquor, non loquor secundum Deum: sed quasi in insipientia in hac substantia gloriæ: **g** quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor. **h** Libenter enim suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. **i** Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit: **k** si quis deuorat: **l** si quis accipit: si quis extollit: **m** si quis in facie vos cedit. **n** Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. **o** In quo quis audet: in insipientia dico: **q** audeo & ego. **r** Hebraei sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego. Semen Abrahae sunt, & ego. **f** Ministri Christi sunt, & ego. **e** Ut minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, &c.] Quinq; vicibus tricenae & nouenas quasi transgressor legis accepit. Hæc autem in Actibus Apostolorum non omnia reperiuntur: quia nec in Epistolis omnia, quæ ibi scripta sunt, continentur.

u ¶ Ter naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui, &c.] In vltimo periculo, cum nauim in profunda tempestate deductâ, moras fluctuum operiri putare- mus.

x ¶ In itineribus sæpe, periculis fluminum, &c. periculis in falsis fratribus.] Qui explorat subintroie- runt nostram libertatem.

y ¶ In labore & ærumna, in vigi- liis multis, in fame & siti, & in ieiunio multis. In frigore & nuditate.] Fames necessitatis est, ieiunium voluntatis.

z ¶ Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum.] Præter illa quæ per mansuetudinem leuiora esse videntur.

a ¶ Quis infirmatur, & ego non infirmor: quis scandalizatur: & ego non vrer:] Non dixit, scandalizator: quia in fide scandalizatur. Cum infirmantibus infirmor: cum pereuntibus perire me credo: sic enim vrer tristitia, ut animo ardere me sentiam.

b ¶ Si gloriari oportet.] Nam si gloriari necesse est, non in his quæ ad lætitiâ, sed quæ ad mœ- rorem pertinent, gloriabor.

CAPVT

c ¶ Quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.] Manifestè infirmitates suas Apostolus, tentationes quas sustinebat, persecutio- nesq; significat. Item omnes superiores necessitates, vno infirmitatis nomine definiuit, eo quod humanas imbecillitates ista præualeant.

d ¶ Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior, &c.] Rem quasi difficilem dicturus, quod Iudæi contra eum etiam principes gentium concitassent, ante implorat testimonium Dei: ne verâ hoc iactantiæ imputaretur, quod aduersus eum etiam regna sur- rexerint, & nihil potuerint præualere. Hæc autem idcirco enumerat, ut ostendat, quid inter sit inter veros & falsos Apostolos.

e ¶ Damasci prepositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic effugi manus eius.] Præpositus gentis illius erat, cui imperabat Aretæ rex.

P 3

CAPVT



CAPVT XII.

A

Si gloriari oportet, non expedit quidem. Non mihi expedit, qui necessitate compellor.

b Veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. Sibi infirmitates, Domino visiones ascribit.

c Scio hominem in Christo. Siue humilitatis causa de se in alterius persona loquitur, siue de alio, verum potest vtrumque constare.

d Ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus nescio, &c. Quia iterum repetit, ostendit aliam fuisse visionem. Vide quanta necessitas fuit, vt quod annis quatuordecim celauerat, prodere cogeretur.

e Et scio huiuscemodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio, Deus scit: quoniam raptus est in paradysum, &c. Iterando Apostolus hunc talem hominem, ostendit secundò esse raptum: semel vsq; ad tertium cœlum, vbi vidit visiones: & semel in paradysum, vbi reuelata sunt ei ineffabilia verba.

f Et audiuit arcana verba, quae non licet homini loqui, &c. Siue quae nulli dicere fas est, siue quae impossibile est humanam enarrare naturam. Hoc contra Arianos.

g Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil. Visione vel homine: pro me autem non gloriabor in mea virtute: quia non est reuelatio mea sed Dei.

h Nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens, &c. Hic videtur ostendere, cum de alio dicat, etiam si dicat, causam gloriandi habere nolle.

i Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me, &c. Sufficiunt manifesta etiam si celentur occulta.

k Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanae. Quanta putatis esse quae zelo, vt merito mihi esset stimulus necessarius, qui me hominem esse semper mihi demonstraret. Stimulum carnis, angelum Satanae, tentationes persecutionum Apostolus se sustinuisse significat.

l Vt me colaphizet, &c. Aut tribulationes suscitando, aut dolores. Quidam enim dicunt eum frequenter dolore capitis laborasse.

m Propter quod ter Dominum rogavi, vt discederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur. Hic intelligimus etiam sanctos ignoranter nonnunquam alia inimpetrabilia postulasse: simul etiam discimus, quòd importuna petitio vel responsum mereatur, si non meretur effectum.

n Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, &c. Postquam cognouit prodelle, quod nocere putabam.

o Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis. Non in honoribus.

p In necessitatibus. Non in ocio, non in diuitiis.

q In persecutionibus, in angustiis pro Christo. Non pro crimine: vnde Saluator docuit, vt sola causa iustitia patiamur. Petro similiter id attestante.

r Cum enim infirmor, tunc potens sum. Maxima potentia est infirmari pro Christo, & magna diuitiae indigere.

s Factus sum insipiens. Insipientem esse dicit, aliquem se in laboribus iactare vel virtutibus.

t Vos me coegistis: ego enim à vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra modum Apostoli. Sed hoc vos coegistis, qui cum aliis de me fatiscere deberetis, quòd nihil minus fuerim à magnis Apostolis, iterum opus habetis, vt vos deuo commendemus.

u Tametsi nihil sum, signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigiis & virtutibus, &c. Ego quidem nihil sum, vt homo, sed Apostolatus, sua in vobis signa monstrauit, hoc est, patientiam in moribus, & prodigia in signis.

x Quid est enim, quod minus habuistis praeter ceteris Ecclesiis, &c. Quibus alii Apostoli praedixerunt. De integritate Apostoli, & seueritate acceptae potestatis à Domino in eos, qui penitentiam negarunt, agit.

y Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non ero vobis grauis. Non enim quero, quae vestra sunt, sed vos. Salutem vestram desidero, non munera.

z Nec enim debent filii parentibus thesaurizare: sed parentes filiis. Ego magis si haberem, vobis dare deberem.

a Ego autem libentissime impendam, &c. Quod habeo labore nimio, impendo, & plusquam possum, impendam. Perfecta enim dilectio non solum totum quod habet gratis impendit, sed etiam ipsa libenter superimpenditur, si necesse est.

b Sed esto: ego vos non grauauis, &c. Per omnia se purgat, ipsorum semper conscientiam testimonio cans: simul, & quomodo se ab illis possint cauere, demonstrans.

c Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem, &c. Nunquid aliquid vobis abstulit ad me perferendum?

d Nonne eodem, &c. Nonne vno spiritu omnia gerimus?

e Olimputatis. Non sicut superius dixi, placemus vobis, sed ne vobis cum venerimus, necesse sit acris vindicare.

f Coram Deo in Christo, &c. Quem fallere impossibile est.

g Timeo enim, &c. Timeo, si vos non inuenero iustos, & ego vobis seuerus inueniar. Blandimentis minas iungit.

h Ne forte contentiones, amulationes, animositates, &c. Pro-

C

D

D. HIERONIMUS
TOM. VI. 78

E pter hæc se dicebat feuetissimè vindicare. Quid faceret, si nostris temporibus adueniret, quibus ad comparationem aliorum criminum, ista ne putantur quidem esse peccata.

a ¶ *Es lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, &c.*] Hoc est contra Nouatianos pœnitentiæ negatores: si enim luget pœnitentiam non agentes, utiq; de agentibus gaudet.

b ¶ *Formicatione, & impudicitia quam gesserunt, &c.*] Impudicitia grauior est fornicatione, quasi monstruosa turpitudine, sicut ille fecit, qui uxorem patris accepit.

CAPVT XIII.

Ecce tertio hoc venio ad vos: in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.] Secundùm legem contra Manichæos.

d ¶ *Prædixi & prædico ut presentibus: & nunc absens his qui ante peccauerunt, &c.*] Qui post documenta priorum peccauerint, nõ ipsi parcam: quia antecedentium ruina, sequentes debet facere cautiore.

e ¶ *An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus?*] An in me Christum tentatis, vtrum in vobis valeat vindicare?

f ¶ *Qui in vobis non infirmatur.*] Quem non infirmum, sed potentem esse nec ipsi nescitis.

g ¶ *Sed potens est in vobis, &c.*] Quanto magis in vobis carpitibus sui.

h ¶ *Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuuit ex virtute Dei.*] Quod crucifixus est, nostræ est infirmitatis: quod viuuit, suæ virtutis.

i ¶ *Nam & nos infirmi sumus in illo, &c.*] Siue, qui nos quasi infirmos prouocatis, inuenietis nos viuere cum Christo in virtute Dei cum in vos vindicare ceperimus. Siue nos in præsentem quidem infirmamur, sed in futuro cum illo, non in nostra, sed **DEI** virtute viuemus.

k ¶ *Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate, &c.*] Si in fide estis, & in vobis vos cognoscite: date sententiam in peccante, & videte, si non statim cum vestro verbo vindicta procedat.

l ¶ *An non cognoscitis vos ipsos, quia Christus Iesus in vobis est, &c.*] Dei virtus, si tamen vos minimè reprobaui.

m ¶ *Spero autem, quod cognoscitis: quia nos non sumus reprobi.*] Spero vos sensuros, quomodo nos conuerseremur.

n ¶ *Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati pareamus, &c.*] Si enim aliquid feceritis, non vindicando parebimus probati: sed maluimus nos reprobos videri, tantum vt vos, quod bonum est, faciatis.

o ¶ *Non enim possumus aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate.*] Innocentiæ enim nostræ sententia obesse non poterit, nisi ei qui pro certo peccauerit.

p ¶ *Gaudemus enim, quoniam infirmi sumus, vos autem potentes estis.*] Gaudemus, si non sit necesse, vt nostra virtus appareat, sicut Petri apparuit in Sapphira & Anna.

q ¶ *Hoc oramus vestram consummationem.*] Vt vos perfecti sitis atque potentes.

r ¶ *Ideo hæc absens scribo, ut non præfens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi.*] Si non correxeritis vos, durius adhuc acturus sum, quam scribendo denuntio.

s ¶ *In edificationem.*] Vt & vos de æterno emendetis: & alii peccare formident.

t ¶ *Et non in destructionem.*] Ad quam sibi Pseudoapostoli potestatem vsurpant.

u ¶ *De cetero autem fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, &c.*] Notandum quod toti Ecclesiæ scribens, dicit eos omnes debere esse perfectos: & quod laicos iubet se inuicem exhortari.

x ¶ *Id ipsum sapite. Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.*] Alioquin auctor dissensionis & odii, contrarius erit vobis: & vos cum illo permanebitis in æternum: si ille hic vobiscum manserit semper.

y ¶ *Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.*] Non honorati aut diuites.

z ¶ *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus, &c.*] Contra Arianos, qui ideo patrem maiorem esse contendunt: quia plerumque primus nominatur in ordine.

a ¶ *Sic cum omnibus vobis, Amen.*] Non aliquantis, siue quod omnes in his donis velit esse perfectos.

humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt: & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

CAPVT XIII.

Ecce tertio hoc venio ad vos: in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.] Prædixi enim & prædico: vt præfens vobis & nunc absens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quoniam si venero, iterum non parcam.] An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus?] Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis.] Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuuit ex virtute Dei.] Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis.] Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate.] An non cognoscitis vosmetipsos: quia Christus Iesus in vobis est? Nisi fortè reprobi estis.] Spero autè, quod cognoscitis: quia nos non sumus reprobi.] Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati pareamus, sed vt vos, quod bonum est, faciatis. Nos autem vt reprobi sumus.] Non possumus enim aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate.] Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis.] Hoc & oramus vestram consummationem.] Ideo enim hæc absens scribo, vt non præfens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi: in ædificationem, & non in destructionem.] De cætero fratres gaudete: perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite. Pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.] Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus: sit cum omnibus vobis, Amen.

CAPVT

z ¶ *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus, &c.*] Contra Arianos, qui ideo patrem maiorem esse contendunt: quia plerumque primus nominatur in ordine.

a ¶ *Sic cum omnibus vobis, Amen.*] Non aliquantis, siue quod omnes in his donis velit esse perfectos.

Commentariorum in secundam Epistolam ad Corinthios, Finis.

A

COMMENTARIUM IN EPISTOLAM AD GALATAS.

CAPVT I.

Raulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, &c.] Sicut sacrarum scripturarum testatur auctoritas: Neminem venire ad patrem nisi per filium & spiritum sanctum.

Item neminem venire ad filium, nisi quem vocauerit pater & spiritus sanctus: ita & hoc loco manifestè ostenditur Paulum Apostolum in Euangelii prædicationem, per Iesum Christum & Deum patrem vocatum esse à sancto spiritu: quemadmodum liber Apostolicorum Actuum docet, dicens: Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod assumpsi eos.

Item & infra in eodem loco: Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto abierunt Seleuciam. Quod autem hic Iesum Christum primo loco ponit, & ita deum patrem, & alibi indifferenter DEVM patrem anteponeit, frequenter etiam spiritum sanctum, hoc ostendit: quoniam in patre & filio & spiritu sancto, non ordo, non maior aut minor, sed vna est gloria eademque substantia. Quod verò dicit, neque per hominem, sed per IESVM Christum: hic personam deitatis ostendit. Quod autem ait: qui suscitauit eum à mortuis, assumpti hominis significat incarnationem. Aliter: Non humana præsumptione, vt illi dicunt: neque per Apostolos alios, vt Aaron per Moysen, sed per ipsum dominum, vt Moyses & omnes Apostoli vel Propheta: sed plerique ab hominibus ordinantur, cum indignè fauore populi patientiam Domini contemnent, diuino sacerdotio contra meritum ordinantur.

b ¶ Sed per Iesum Christum.] Qui Petrum & ceteros Apostolos in ministerium Apostolatus elegit.

c ¶ Et Deum patrem, &c.] Ostendit vnam esse patris & filii operationem.

d ¶ Qui suscitauit eum à mortuis.] Secundum quod mori potuit, secundum carnem scilicet.

e ¶ Et qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesie Galatie.] Ne solus indignè ferre putaretur, suam conculcari doctrinam Apostolus obiurgaturus Galatas propter conuersationem suam, non tantum ex sua persona scribit ad eos, sed ex omnium fratrum, qui in consortio secum erant, quos in Epistola ad Corinthios Apostolos vocat, dicens. Sicut fratres nostri Apostoli Ecclesiam gloria Christi.

f ¶ Gratia vobis.] Qua sola estis fide saluati.

g ¶ Et pax à Deo & patre nostro & Domino Iesu Christo.] Quate-
m illis delictis omnibus, reconciliati fuerunt Deo.

h ¶ Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, &c.] Ostendit beneficia Christi, quibus existerant ingrati, in lege quæ peccatoribus data est, viuere cupientibus, cum illis omnia essent peccata dimissa.

i ¶ Vt eriperet nos de presenti seculo nequam.] Non quod secu-

lum nequam sit, sed quod mala sint, quæ aguntur in seculo, sicut & Dominus in Euangelio dicit: Sufficit diei malitia sua. Non quia dies mala sit, sed propter illa, quæ in eius tempore aguntur, vel bona vel mala dicitur. Item mala seculi opera dicuntur, quæ committuntur in ipso.

CAPVT I.

Raulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem: sed per IESVM Christum & Deum patrem: qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesie Galatie. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino IESV Christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Miror, quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de caelo euangelizet vobis præterquam, quod euangelizamus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Modò enim hominibus suadeo, an Deo? An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium quod euangelizatum est à me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mea-

mines vobis suadeo: sicut propter Iudæorum traditiones ante faciebam: Ostendere vult odia hominum se non timen- tem, liberè defendere veritatem.

t ¶ An quero hominibus placere?] Vbi quæ, sine additamento aliquo homines nominantur, in malam partem accipiunt in scripturis. Vt est illud: Omnis homo mendax. Et: Quem dicunt homines esse? Et, Nonne homines estis? Et, Secundum hominem ambulatis. Igitur quicunque talibus placere voluerit, necesse est, vt eorum faciat voluntatem. Sancti autem Deo tantum & Deum amantibus placent, qui plusquam homines esse meruerunt.

u ¶ Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.] Nam ideo me oderunt, quia seruus sum Christi.

x ¶ Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizatum est à me.] Vult purgare vsurpationis & humanae traditionis infamiam.

y ¶ Quia non est secundum hominem, &c.] Neque à me confixi, neque ab alio homine accepi, neque à quoquam didici, quod gentes sola fide saluarentur.

z ¶ Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo.] Nec vos credo latere, quod dico. Ostendere vult, quam firmiter tenuerit Iudaismum, & quam fideliter pro traditionibus patrum expugnari Ecclesiam, vt intelligamus eum non potuisse inde humano consilio, nisi reuelatione separari diuina.

a ¶ Quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, &c.] Non supra omnes, ne iactabundus putaretur.

a ¶ Cum

C

Matth. 6. 1

D

Psal. 111.

1. Cor. 3. a

D. HIERONIMUS
T. M. 78

1 Cor. 15.

E a ¶ *Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris mee.* Hic præscientiam Dei, ad dilectionem apostoli antequam nasceretur, ostendit. Item qui me in præsentia ab utero segregavit, quando voluit, fecit, quod sciebat esse futurum.

b ¶ *Et vocavit per gratiam suam.* Non meis meritis.

c ¶ *Vt reuelaret filium suum in me, &c.* Vt filium suum per me gentibus reuelaret.

d ¶ *Continuo non acquieui carni & sanguini.* Hoc dicit: quoniam secundum mysterium reuelationis, commissam sibi prædicationem euangelij exercuerit: neque tunc carnis & sanguinis vocem audiuit, sed Dei.

e ¶ *Neque veni Hierosolimam ad antecessores meos apostolos, &c.* Nō quoddā mihi necesse fuit, vt ab illis aliquid doceret: sed de Damasco in Arabiam protinus ibam, vt docerem quod mihi à Deo reuelatum fuerat.

f ¶ *Deinde post annos tres.* Ostendit se non indignisse doceri, qui tribus iam annis alijs prædicat.

g ¶ *Veni Hierosolimam.* Quando se discipulis iungere attentabat.

h ¶ *Videre Petrum.* Et susceptum se ab illo in charitate demonstrat, & in tam breui tempore nihil discere potuisse.

i ¶ *Et mansi apud eum diebus quindecim.* Videndi gratia, non discendi.

k ¶ *Alium autem apostolorum vidi neminem.* Ne vel ab illis didicisse videretur.

l ¶ *Nisi Iacobum fratrem Domini.* Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Quatuor modis fratres appellati quis dubitat: Primò, natura, secundò, cognatione, tertio, gente, quarto, affectu. Vnde Iacobus secundum cognationem frater Domini dicitur: quoniam de Maria Cleophe sorore matris Domini, natus esse monstratur.

m ¶ *Deinde veni in partes Syria & Cilicia: eram autem ignotus facie ecclesie Iudææ.* Notandum quia per triennium ecclesijs Iudææ erat ignotus.

n ¶ *Quæ erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, &c.* Scorsum qui ex Iudæis erant, ecclesia habebantur, nec his quierant ex gentibus, miscbantur.

o ¶ *Et in me clarificabant Deum.* De re difficili maxima nascitur admiratio, & laudabatur Deus, qui hoc solus posset efficere. De falsis fratibus, & de Petro in circumcissione. Paulo verò in gentibus ordinatis.

CAPVT II.

D Einde post annos quatuordecim. Quando de oneribus legis quaestio mouebatur.

q ¶ *Iterum ascendi Hierosolimam cum Barnaba, assumpto & Tito.* Non voluntate mea, sed imperij diuini necessitate.

r ¶ *Ascendi autem secundum reuelationem.* Hoc ait Apostolus. Cum venirem, inquit, Hierosolimam secundum reuelationem Dei, congregationi fratrum per adificationem meam reddidi rationem, scorsum & apostolis, non vt ab illis

in aliquo instruerer, quippe qui plenam fueram gratiam consecutus: sed vt manifestarem eis recto ordine, me Christi euangelium prædicare.

s ¶ *Et contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus.* Non didici, sed contuli euangelium, per quod gentes sola fide

saluantur.

t ¶ *Scorsum autem his qui videbantur aliquid esse.* Ne illos discipuli de euangelio dubitare putarent.

u ¶ *Ne forte in vacuum currerem aut cucurissem.* Hoc non est dubitantis, sed potius confirmantis.

x ¶ *Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi.* In vacuum cucurrit.

y ¶ *Sed propter subintroductos falsos fratres.* Reddidit causas cur circumcidit Titum, non quia illi circumcisio prodesset, sed vt scandalum imminens vitaretur.

z ¶ *Qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, &c.* Quia absoluti sumus à iugo legis.

a ¶ *Quibus neque ad horam cessimus, &c.* Vt periculum vitarem, & essent in nobis, qui veritatem euangelij confirmarent.

b ¶ *Ab his autem qui videbantur esse aliquid.* Hic eos significat, qui Galatas iudaizare compulerant: qui aliquando insignes inter discipulos apostolorum fuerant: quique præterit tempore à fide Christiana ad obseruationem Iudaicam conuertebant.

c ¶ *Quales aliquando fuerint, &c.* Non mihi cura est, quia cum Domino ambulauerunt: quia nec tempus præiudicat fidei, nec persona labori.

d ¶ *Mihi autem, &c. quod creditum est mihi euangelium præputij.* Vt prædicem in gentibus, sicut illi Iudæis.

e ¶ *Sicut & Petro circumcissionis: qui enim operatus est Petro in apostolatam circumcissionis, &c.* In nullo sum illo inferior: quia ab vno Deo sumus in ministerio ordinati.

f ¶ *Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse.* Super quas erat ecclesia confirmata.

g ¶ *Dextras dederunt.* Ita nos docere debere.

h ¶ *Mihi & Barnabæ societatis: vt nos in gentes, &c.* Ambo enim missi erant simul, vt gentibus prædicarent.

i ¶ *Vt pauperum memores essemus.* Qui omnia sua distribuentes, ad apostolorum pedes pretia deponcbant. Vel quorum bona fuerant à Iudæis inuata, sicut legitur ad Hebræos.

k ¶ *Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.* Hoc est, quod in omni penè scribit epistola.

l ¶ *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, &c.* Galatarum infirmitas compellit eum narrare: quod nec ipsi Apostolorum principi Petro pepercerit, veritatem euangelij non liberè defendenti: sicut etiam ad profectum Corinthiorum manifestat visionem, quam annis quatuordecim celauerat.

A

Galat. 5. b.

Hoc autem totum ait, vt ostendat se nunquam circumcisi-

nis fuisse factorem, quod de illo falsi apostoli confingebant.

Vnde & alibi dicit: Ego autem, fratres, si circumcissionem pradic-

o, quid adhuc persecutionem patior?

a ¶ Prius enim quam venirent, &c.] Sciens sibi ostensum, vt

nullius generis hominem vocaret immundum.

b ¶ Cum autem venissent, &c.] Non ideo reprehensibilis erat,

quia cum illis edebat: sed quia postea propter homines se sub-

trahebat.

c ¶ Itavi & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.] Qui

mecum ad gentes missus, nihil inter eos docerat esse discrimi-

nis.

d ¶ Sed cum vidissem, &c.] Quamuis hoc propter scandalum fa-

ceret Iudaeorum, tamen publice illum conueni, vt & Iudaeis su-

perbia, & gentibus desperatio tolleretur.

e ¶ Dixi Cepha coram omnibus.] Publicum scandalum non po-

terat priuate curari.

f ¶ Si tu cum Iudaeis sis.] Si tu non tenes quod natus es, quo modo

illos facis tenere quod nati non sunt? Rationem reddit, non ini-

uriam facit.

g ¶ Gentiliter viuus, & non Iudai-

ca.] Non ex operibus legis, sed sola fide sicut gentes, vitam in

Christo inuenisse te nosti.

h ¶ Quomodo gentes cogis Iudai-

zare?] Cur subtrahis te tanquam a peccatoribus?

i ¶ Nos natura Iudaei, & non ex gen-

tibus peccatores.] Peccatores tamen eramus: quia cōclufit scri-

ptura omnia sub peccato.

k ¶ Scientes autem, quod non iustifi-

catur homo ex operibus legis, &c.] Opera legis, circumcisio & sab-

bathum, dies festi, & cetera, quae non propter iustitiam, sed ad e-

domandam populi duritiam sunt mandata.

l ¶ Quod si quaerentes iustificari, &c.] Si enim gentes fides sola non

saluat, nec nos: quia ex operibus nemo iustificatur. Ergo adhuc

peccatores sumus, & Christus peccatorum minister est, tan-

quam non valens peccata indulgere.

m ¶ Si enim quae destruxi, iterum haec

reaedifico, &c.] Si destruxi Iudaeos, & nunc (vt illi dicunt) ipsos

reaedifico, meae sententiae praeruaricator inuenior.

n ¶ Ego enim per legem legi mortuus sum.] Hoc est quod dicit:

per legem Christi, legi Moyfi mortuus sum: aut certe per i-

plam Moyfi legem, legis eiusdem sum obseruationibus liberatus: quoniam scriptum est in eadem lege: Quia Abra-

ham ex fide iustificatus est, & non ex operibus legis. Item per legem Christi, legi litterae: & Moyfi lege veteri sum mortuus:

quia ipsa se cessaturam esse praedixit.

o ¶ Vt Deo viuam.] Quia legem suam innouauit.

p ¶ Christo confixus sum cruci.] Omnibus peccatis, quibus lex est data, sum mortuus, ergo lex mihi minime est necessaria.

q ¶ Viuo autem iam non ego.] Vetus homo.

r ¶ Viuit verò in me Christus.] In illo viuuit Christus, in quo Christus vegetatus & vitam.

Gen. 15. b.

¶ Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei.] In sola fi-

de: quia nihil debeo legi antiquae.

t ¶ Qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me.] Non pecuniam,

non aliquid aliud pretium, sed se.

u ¶ Non abiecio gratiam Dei.] Non debeo illi esse ingratus, qui

me tantum dilexit, vt pro me etiam moreretur. Abiecta enim

est gratia, si mihi sola non sufficit.

x ¶ Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.] Si lex poterat iustificare, superflue

mortuus est Christus.

CAPVT III.

¶ Insensati Galatae.] Non est

contrariū Saluatoris verbo, quo fratrem fatuum vocari

prohibuit, non enim hic dicitur sine causa.

z ¶ Quis vos fascinauit non obedi-

re veritati?] Per vulgi verbum, inuidiam significauit, sicut ait

Salomon: Fascinatio negacitatis

obscurat bona.

a ¶ Ante quorum oculos Christus

Iesus proscriptus est.] Quibus per meam predicationem ita mani-

festata est passio eius, vt ipsum ante vos pendere putaretis. Pro-

scriptus est, sententiam damnationis accepit.

b ¶ Et in vobis crucifixus.] Qua-

si apud vos omnia facta sint. Siue sic, quem verè pro damnato

& mortuo etiam nunc vilem habetis, dum putatis eum vobis

non sufficere ad salutem.

c ¶ Hoc solum à vobis volo discernere.] Hoc vnum vos interrogo.

d ¶ Ex operibus legis spiritum accep-

istis, &c.] Si ex merito fidei spiritum accepistis, quid nobis lex

amplius poterit dare?

e ¶ Sic stulti estis, vt cum spiritu coe-

peritis, nunc carne consummami-

ni?] Cum nec Iudaei aliter spiritum accipiant, quam per fidem Chri-

sti, vos è contrario putatis vobis spiritum non sufficere sine lege.

f ¶ Tanta passio estis sine causa.] Ostendit quia in Galatia constitu-

ti, pro Christi fide passi sunt per-

secutionem. Item tanta sine causa pro Christo tolerasti, si nò

iterum pro Christo corrigatis. Siue quod hic, si tamen nò du-

bitantis sermo sit, sed potius confirmantis, secundum illud,

si tamen iustum est apud Deum retribuere, qui nos tribulant tri-

bulationem.

g ¶ Qui ergo tribuit vobis spiritum, &c.] Spiritum sanctum sola

fide accepistis, qui non nisi à iustis accipitur, iustos autem si-

ne legis oneribus esse vos constat.

h ¶ Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.] Ita &

vobis ad iustitiam solam sufficit fides.

i ¶ Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahae.] Siue

Iudaei, siue Graeci, non carnaliter circumcisi.

k ¶ Prouidens autem scriptura, &c.] Non vna gens Iudaica, sed

omnes quae ex operibus legis sunt.

l ¶ Igitur qui ex fide sunt, &c.] Non enim circumcisi sunt gen-

tes, vt possint ex operibus benedici.

m ¶ Quicumque enim ex operibus legis sunt, &c.] Quia ita praerua-

luit consuetudo peccandi, vt nemo iam perficiat legem.

a ¶ Mal-

D. HIERONIMUS
T. M. 78

E a *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt.* Hoc est, quod non omnia vsque ad finem legis mandata seruauerit. Queritur sane hoc loco, si fides sola sufficiat Ch. iltiano, & vtrum non sit maledictus, qui euangelica praecipua contemner. Sed fides ad hoc proficit, vt in primi-
 tuis credulitatis accedentes ad Deum iustificet, si deinceps in iustificatione permaneat: ceterum sine operibus fidei, non legis, mortua est fides. Qui enim non credit mandatis, & eos qui euangelij praecipua contemnunt, maledictos esse, & Saluator edocuit, dicens: *Discedite a me maledicti in ignem aeternum.* Et Iacobus Apostolus vnus mandati transgressorem, omnium reum esse demonstrat.

Mat. 23. d.
 Iacob. 2. b.

b *Quoniam autem in lege nemo iustificatur, &c.* Quia nemo illam seruat, ideo dictum est, quod sola fide iustificandi essent credentes. Item vult ostendere: quia ex operibus legis Moyli, iustificari homo non possit, nisi habuerit & fidem, quae veniat dat credenti in Deo. Non enim qui credunt in Christo, sine lege viuere non possunt.
c *Quia iustus ex fide uiuit.* Perfecta fides est, non solum Christum, sed & Christo credere.

F

d *Lex autem non est ex fide.* Non iustificat sola fides.
e *Sed qui fecerit ea, uiuet in illis.* Suo labore conquinat iustitiam, & uiuet in aeternum.
f *Christus nos redemit, &c.* Qui sub maledicto non erat: quia per omnia legem impleuit. Et ideo in debito maledicto eius nostrum debitum compensatum est, vt liberet transeuntes ad fidem.

Deut. 21. d.

g *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Sic est scriptum: Si cui fuerit iudicium mortis, suspendetis eum in ligno. Non ideo maledictus, quia pendet: sed ideo pendet, quia maledictus. Christus ergo cui non erat iudicium mortis, nec causa subeunda crucis & maledicti reatus pro nobis maledictum suscepit: quia omnes maledicti eramus, & debiti ligno: & ideo maledicti, quia non permansimus in omnibus quae scripta erant in lege.

Isa. 2. g.

h *Vt in gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Iesu.* Vt sola fide gentes benedicerentur in Christo, sicut promissum fuerat Abrahae.

i *Vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.* Quae per Iohannem prophetam omni carni promissa est, id est, vniuerso generi hominum.

k *Fratres, secundum hominem dico, &c.* Humano vt or exemplo: comparari enim humana diuinis, propter euidenciorum intellectum possunt, & quati non possunt.

l *Nemo spernit aut superordinat. Abrahae dicta sunt promissiones, &c.* Quia post tantum temporis data est lex.

m *Hoc autem dico testamentum confirmatum a Deo.* In Christo Iesu.

Gen. 15. c.

n *Quae post quadringentos, &c.* Ne quis putet esse contrarium: quoniam in libro Geneleos ad Abraham a Deo dicitur: *Scito prorsus, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiciet eos seruituti, & assident quadringentos annos, & hic Apostolus triginta annos amplius ponat. Quod autem dicit, hoc est, septuagesimo quinto aetatis suae*

anno, Abraham accepit a Deo repromissionem, a quo tempore vsque ad initium legis Mosaeicae quadringenti & triginta anni, hac ratione complentur. Ex tempore repromissionis vsque ad centesimum annum Abrahae, quando Isaac filius ei natus fuit, viginti quinque anni numerantur. Postea

quinto aetatis anno, Isaac paruulus, ab Ismaele corpori affligi, sicut idem Apostolus in hac ipsa epistola scribit. Euidenter ergo monstratur secundum sermonem Dei ad Abraham factum, post centum triginta annos repromissionis, semen eius persecutionibus laborare cepisse.
o *Nam si ex lege haereditas, iam non ex promissione, &c.* Non per legem, quae necdum erat.
p *Quid igitur lex?* Quare ergo data est lex.
q *Propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promissum erat.* Propterea data est, vt nos non transgredi, vel cogeret, vel doceret, vsque dum Christus veniret.

r *Ordinata per angelos.* Hoc loco Moyses Dei & Hebraeorum mediatorem significat, legem per angelum Domini accepisse, sicut in libro actuum apostolorum Stephanus dicit: *Hic est Moyses, qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina.* Item legitimus angelos per legem saepe populo affuisse.

12. 7. c.

s *In manu mediatoris.* Sicut Moysi (vt quidam putant) sine Christi. Nam & Moyses, adiuit, inter Deum & populum mediator fuit.
t *Mediator autem vnus non est.* Id est, vnus partis.
u *Deus autem vnus est.* Hoc ideo addidit, ne quis putaret, Christum ab vnitatis diuinae naturae penitus esse diuisum, quia mediatoris suscepisset officium.

H

x *Lex ergo aduersus promissa Dei, &c.* Sicut ad Romanos ait: *Quod impossibile erat legi, in quo in-*

Rom. 8. a.

firmabatur, scilicet, quae a nemine seruabatur.
y *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, &c.* Adueniente Christo, qui sub lege Moysi erant, conclusi sunt peccato, si vltra in legis obseruatione permanere voluerint. Quia maledicti qui vmbrae legis deseruierunt veritate praesente. Item ostendit, quoniam non potuit inueniri, qui daretur credentibus, vt necesse esset sola fide saluari credentes.
z *Prius quam veniret fides.* Prius quam veniret cui crederemus.

a *Sub lege custodiebamur, &c.* Seruabamur a lege, huic fidei quae erat suo tempore reuelanda.
b *Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.* Ad disciplinam nos arctius retentans, perfectam doctrinam vero magistro seruabat.

c *At vbi venit fides, iam non sumus sub paedago.* Perfecta aetatis discipuli non indigent paedago.
d *Omnes enim filij Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu.* Aequaliter & Iudaei & gentes per solam fidem filij Dei estis, quae credidistis Christo.

e *Quicumque enim in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis.* Filium Dei induti, & toti membra eius effecti, filij Dei sitis necesse est, vt quid ergo vobis lex quae seruis & peccatoribus data est, quibus per baptismum peccata remissa sunt?

a ¶ Non

A

a ¶ Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus, neque femina, &c.] Antè enim non solum inter Iudæum & Græcum, sed etiam inter tribum & tribum erat magna diuersitas.
 b ¶ Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, &c.] Si omnes Abrahæ semen estis, & veri hæredes, non ex carnali femine, sed ex diuina promissione generati.

CAPVT IV.

Dico autem, &c. sub tutoribus & actoribus est, &c.] Quia dominatum quondam sacerdotes & principes exercebant: quos tutores & actores appellat. Modò autem non dominari, sed formam præbere iubentur: quia sacerdotale genus sumus, & omnia communiter habemus, quamuis per illos percipiamus sacramenta.

d ¶ Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes.] Dierum videlicet & temporum, quæ fuerant eorum infirmitati necessaria, pro temporis qualitate.
 e ¶ At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.] Impletum iam erat tempus, quando legem per malam consuetudinem nemo poterat custodire.

f ¶ Factum ex muliere.] Dicens factum ex muliere, lexum significat, non corruptionem. Cæterum ut manifestè ostenderet naturam ex virgine, ait, ex muliere, non per mulierem. In eo autem quod dicit: ex muliere, mōstrat non more solito ex conuentu viri & feminae, sed per spiritum sanctum, ex matre tantum Christum incarnatione hominis suscepisse. Nam idem Apostolus ad Corinthios scribens, ait: sicut mulier ex viro, ita & vir per mulierem. Vnde sicut in principio generationis, mulier ex viro sumpta est, ita & Christus secundum carnem ex matre tantum est. Omnis autem res duæ humana generatio, non ex muliere secundum Apostoli dictum, sed per mulierem, ut clareat generatio hominum ex viro per mulierem creati.

g ¶ Factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.] Christus sub lege factus est, ut peccatum in carne vincens, credentes in se, à legis vinculis liberaret. Ipse autem sub lege tam diu fuit, donec baptizatus, noui testamenti inciperet euangelium prædicare. Item si sub lege factus non esset, Iudæos saluare non poterat: gentes verò poterat positus sub lege redimere.
 h ¶ Vt adoptionem filiorum reciperemus.] Non enim omnes recepisse adoptionem, si factus sub lege non esset.
 i ¶ Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba pater.] Ex hoc nos probat filios Dei, quoniam spiritum Christi accepimus.
 k ¶ Itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per Deum.] Quid vis iterum seruus esse, qui iam filius & hæres es? Item hic manifestè ostendit: quia totus populus vnus filius vocatur.
 l ¶ Sed tunc quidem ignorantes Deum, &c.] Conuertit se ad illos, qui ex gentibus crediderant, & arguit illos: quia dies festos & tempora Iudæorum obseruare vellent, sicut antea idolis fecerant. Nam Iudæis isti dies idcirco concessi sunt, ne eos amore festiuitatis, idolis exhiberent.

B

1. Cor. 7. b.

m ¶ Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo.] Antè ignorabimini ab illo, quia non nouit iniquos, & non vos illum quæsiistis, sed ille vos perditos requisituit.
 n ¶ Quo modo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?]

Christum induistis. a Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber: non est masculus neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. b Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

CAPVT IV.

Dico autem: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. c At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, & factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. d Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba pater. e Itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per Deum. f Sed tunc quidem ignorantes Deum his qui natura non sunt dii, seruibatis. g Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo: h quo modo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis? i Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. k Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. l Estote sicut ego: quia & ego sicut vos. m Fratres, obsecro vos, nihil me læsistis. n Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizauis vobis iam pridem. o Vel per passionem, vel etiam per naturalem infirmitatem: quia thesaurum gratiæ in vasis fictilibus baiulabat.

o ¶ Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.] Nos non similiter obseruamus: non enim Calendas colimus, nec dies festos, sicut illi in luxuria & epulis, sed in sinceritate azymæpulamur.
 p ¶ Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis.] Nihil enim prodest Christianos vos factos, si ista iterum obseruetis.
 q ¶ Estote sicut ego, quia & ego sicut vos.] Hoc est quod dicit, me imitami gentiliter viuente: quia & ego gentiliter uiuo, Iudaica obseruatione deposita, sicut Apostolus in hac eadem epistola Petro Apostolo dicit: Si tu cum sis Iudæus, gentiliter uiuis, quo modo cogis gentes Iudaizare?

r ¶ Fratres, obsecro vos, nihil me læsistis.] Ut meritò putetis me inimicitarum & non salutis vestræ causa moueri.

s ¶ Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizauis vobis iam pridem.] Vel per passionem, vel etiam per naturalem infirmitatem: quia thesaurum gratiæ in vasis fictilibus baiulabat.

t ¶ Et tentationem vestram in carne mea non spreuistis, neque respuestis.] Increpando hoc Apostolus dicit: quia cum fidem Christi apud Galatas prædicaret, persecutionem ab incredulis ciuicum coram passus est, & nihilominus ipsi tentationi & varijs iniurijs permiserunt Apostolum subiaccere. Item grandis tentatio est, si vir sanctus aut infirmetur, aut impunè lædatur. Sed ideo ista pati permittitur à Deo, ut virtutem per infirmitatem perficiat, & ut corruptionem hanc sentientes, incorruptam vitam, maiori studio & amore perquirant.

u ¶ Sed sicut angelum Dei excepistis me.] Cum se angelis comparatum gaudet, probat angelos hominibus esse maiores.
 x ¶ Sicut Christum Iesum.] Non solum ut angelum.
 y ¶ Vbi est ergo beatitudo vestra?]

z ¶ Testimonium enim perhibeo vobis, &c.] Ostendit, quanta eum charitate dilexerint, & quo modo fe totos eius doctrinæ tradiderint. Vtique charissima corporis sui membra eidem tradere cupierant, hanc solam euangelico lumini dignam esse vicissitudinem arbitrantur, si sua lumina ei reddidissent.
 a ¶ Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis.] Hæc est conditio veritatis, ut eam semper inimicitia sequantur, sicut per adulationem perniciosa, amicitia conquiruntur. Libenter enim quod delectat, auditur: & ostendit omne quod nolimus. Ita enim hi diligere cæperat sabbathi oia, & dierum festorum epula prædicantes contra Apostolum, qui omnem continentiam suo illis exemplo monstrabat.

b ¶ Emulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, ut illos emulemini.] Emulus & imitator, potest & inimicus intelligi. Sic non bene emulatur, qui vt alium deiciat, non

C

Gal. 2. c.

D

vtiple

E vt ipse proficiat, æmulatur. Æmulamini autem meliora charitativa.

a ¶ Bonum autem emulamini in bono semper, & non tantum cum presens sum apud vos. Nolite illos æmulari, sed bonum semper emulamini, non in præsentia mea tantum.

b ¶ Filii mei, quos iterum parturio, &c. Evidenter hoc aduersus hæreticos valet, qui post baptismum peccantibus penitentiam non dant. Item in illo verè Christus formatur, qui virtutem fidei eius intelligit: & in quo omnis conuersatio eius exprimitur atque depingitur.

c ¶ Vellem autem esse apud vos modò. Quia quanta vos audire meremini, scribere tanta non possum.

d ¶ Et mutare vocem meam. Vocem blandientis patris in rigorem magistri veteris mutare.

e ¶ Quoniam confundor in vobis. Detrimentum discipulorum, confusio est magistri, sicut profectus eorum, est gloria præceptoris. Confunditur autem: quia iam filij facti, rursum serui esse cupiebant.

f ¶ Dicite mihi qui sub lege vultis esse, &c. quoniam Abraham duos filios habuit, &c. Ismael: carnis, Isaac: filius fidei. Illum enim Abraham secundum carnalem vultum genuit, istum contra naturam promissione suscepit.

F g ¶ Quæ sunt per allegoriam dicta. Quæ quidem sunt per allegoriam dicta, hoc est, alia ex alijs figurata. Dedit autem regulam hoc loco Apostolus intelligendi allegoricas rationes, scilicet vt manente historia veritate, figuras veteris testamenti exponamus. Nam cum dixisset, Abraham duas uxores venissimè habuisse: postea quid præfigurauerint, demonstrat, & hoc ipsum ibi fecit, vbi aliqua sanctorum honesta gesta referuntur, non vbi peccata notantur. Cæterum delicta dicere per mysteria, aut impossibilitatis, aut ignorantia Deum est criminari. Qui autem aliter sua monstrare non poterit sacramenta, aut certè putans sibi quorundam peccata necessaria, prius illa generaliter cõdemnet: sed & postea reprehendendo atque vindicando ostendat, illa non propter sua mysteria fieri voluisse, præcepta verò difficile inueniet Apostoli taliter exponentis, ne eorum vitam videretur enervare.

h ¶ Hæc enim sunt duo testamenta. Verus & nouum, singulos populos generantia.

i ¶ Vnum quidem in monte Sina, &c. Iudæi metu præsentium cogebantur, vt feræ: nos verò præmijs inuitamur, vt liberi, & illi quasi serui propter moralia præcepta, etiam diuersis operibus premebantur: nobis autem quasi filijs, moralibus monitis adimpletis, seruituta onera auferuntur: sed illi sacerdotibus suis ex debito seruientes, tributa etiam reddere cogebantur: nos præter charitatem nihil debentes, antistites nostros voluntariè honoramus.

k ¶ Quæ est Agar. Cuius typum habuit synagoga.

l ¶ Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem. Ex qualitatibus locorum vult intelligi diuersitatem testamentorum.

m ¶ Et seruit cum filijs suis. Cum filijs Hierusalem gentibus seruit.

n ¶ Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra, sicut scriptum est. Rectè dicit Apostolus, Hierusalem cœlestem sterilem esse generatione filiorum: quia

non illic generat filios, sed hic per fidem renatos in Christo: postea suscipit, & eorum quos susceperit, mater efficitur. Hoc autem valet cõtra dogma eorum, qui dicunt animas de cœlo propter peccatum in terras demitti, & nascentibus corporibus infundi. Quod autem ait: Multi filij desertæ magis quam

quæ habet virum. Filios desertæ significat ecclesiæ populos ex gentibus congregatos. Habentem autem virum, synagogam Iudæorum testatur, sicut Osée propheta monstrat: Iudicate matrem vestram, iudicate: quia ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. Item ecclesiæ mater est tam gentiliū credentium, quàm etiam Iudæorum: cuius filij serui esse non possunt. Et ideo & mediator no ui testamenti de cœlo aduenit pontifex: & euangelium non in vno loco, sed in toto mundo est prædicatum.

o ¶ Latere sterilis, quæ non parit. Prophetico testimonio probat meliorem nos, quàm Iudæos, matrem habere.

p ¶ Erumpe & clama quæ non parturit. Clamor, pro prophetia ponitur in hoc loco.

q ¶ Quia multi filij desertæ magis. Hoc præfigurabat Anna, quæ dixit: Sterilis quæ peperit septem, & fetosa in filijs infirmata est.

r ¶ Quàm eius quæ habet virum. Quæ virum habere putans, de fecunditate gloriatur. Aut quia habebat virum antequam eijceretur cum filio suo.

s ¶ Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus. Quo modo de Isaac, ita & de nobis est Abraham repromissum, quod scilicet in eo benedicendæ essent omnes gentes.

t ¶ Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat. Semper carnales homines eos, qui spirituales sunt, persequuntur. Vnde mirum non est, si modo carnei & sæculares, homines sanctos tribulent & affligant: imò inde cognoscendi sunt iusti esse, si à talibus opprimantur.

u ¶ Persequatur eum qui secundum spiritum. In Genesi quidem hoc scriptum est: Quia illuserat Isaac Ismael. Sed Apostolus ostendit, non simplicem Iulium fuisse, quem persecutionem appellat. Quia securilem eum & leuem sicut ipse erat, facere cupiebat: ne illi possit in hereditate præferri. Ideo Abraham deijciendo eum, vocem Saræ iubet audire.

x ¶ Ita & nunc. Ita & isti seruos suos sibi similes facere nituntur.

y ¶ Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius, non enim heres erit filius ancillæ cum filio libera. Quantumuis se extollat iniquitas, ancilla est, & subiicienda sanctis, sicut & Iudæi: quamuis Abraham filios se iactent, quàm diu filij ancillæ fuerint, nobiscum hereditatem habere non possunt.

z ¶ Itaque, fratres, non sumus ancillæ filij, &c. Non debemus ancillam sequi, matre relicta: quia licet eiusdem viri faceret vxor, tamen ad tempus: quia Saræ tempus nondum venerat generandi.

CAPVT V.

State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. State in fide euangelij: iam enim tempus legis effluxit: nolite iugum cum Iudæis trahere, quod nec ipsi ferre possunt.

b ¶ Ecce ego Paulus dico vobis. Ego vobis audenter dico, neminem per timescens.

a ¶ Quoniam

- A** a ¶ Quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Quia solum illum ad salutem vobis sufficere non putatis.
- b ¶ Testificatur autem rursus omni homini circumcidenti se: quoniam debitor est vniuersae legis faciendae. Qui caput operum legis suscepit, necesse est ut caetera membra sustineat, ne maledicto subiaceat.
- c ¶ Euacuati estis à Christo: qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Si in lege spem ponitis, & iustificare posse vos creditis, infirmam Christi gratiam iudicatis: & quod iam gratis consecuti estis, tanquam non habentes, proprijs vultis laboribus adipisci.
- d ¶ Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus. Spirituali conversatione perfectae fidei, speramus nos iustitiae immortalitem accepturos esse mercedem.
- e ¶ Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium. Neque circumcisio prodest, nec praepitium nocet temporibus Christianis.
- f ¶ Sed fides quae per charitatem operatur. Ergo & fides operatur per charitatem, non per timorem: qui enim credit Deo, attendit mandatis: nam qui credit futuris, amplius operatur, quam qui praesentem metuit penam.
- g ¶ Currebatis bene. Fidei gressibus, & moralibus disciplinis.
- h ¶ Quis vos impediit veritati non obedire? Quis ille fuit, qui legis operibus implicauit, ut cursum vestrae fidei impediret?
- i ¶ Nemini consenseritis: persuasio haec non est ex eo qui vocat vos. Nec illis, nec mihi, sine verbis Dei consentire debetis, qui vos iterum ad poenitentiam vocat.
- k ¶ Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ne quis dicat: Cur omnes corripis, dum non omnes errauerunt? Ostendit quod modicum malitiae fermentum, totam possit ecclesiam, & massam suam à veritate corrumpere.
- l ¶ Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis. Quam habet veritas Christi.
- m ¶ Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicumque est ille. Ab euangelij veritate.
- n ¶ Ego autem fratres si circumcisionem adhuc praedico, quid adhuc persecutionem patior? Quod de me vobis mentiti sunt deceptores, ita me alijs praedicare. Quid persecutionem patior, si ipsius circumcisionis non inimicus sum, ut affirmatur.
- o ¶ Ergo euacuatum est scandalum crucis? Ideo scandalum patiuntur, quia in sola fide crucis dico esse salutem.
- p ¶ Vinam abscindantur qui vos conturbant. Si putant sibi hoc prodesse, non solum circumcidantur, sed etiam abscindantur: si enim expoliatio membri proficit, multo magis ablatio. Quidam dicunt: Vinam errore abscissi veritatis radicibus inferantur.
- q ¶ Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Tantum ne per occasionem circumcisionis, ad legis seruitium redeatis.
- r ¶ Sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Non superbiam per speciem libertatis in finio, sed spontaneum esse voluitium, non coactum.
- s ¶ Omnis enim lex in vno sermone impletur. Legis etiam ipsa moralia quaecunque sunt, vno possunt sermone concludi, & in vno hoc praeepto compleri.
- t ¶ Diliges proximum tuum. Dilectio vel charitas in quatuor modis consistit, hoc est, in Dei dilectione, quae prima est: secunda, si nosmetipsos secundum Deum amemus: tertia proximos: quarta, etiam inimicos. Deum ergo plus quam nos diligere debemus, proximum sicut nos, inimicum ut proximum. Proximum diligebatur in lege, & nisi primo Deum dilexerimus, nos minime possumus non peccando diligere, & nos diligam, ad quam formam proximos diligimus: quod si proximos non amamus, quando inimicum amare poterimus? Si ergo volumus dilectionem habere, primo Deum plus quam nostras animas diligamus: quod inde probatur, si propter Deum etiam salutem nostram, & ipsas animas contemnamus.
- u ¶ Sicut teipsum. Qui secum proximum diligit, vtraque complet genera madorum, id est, nec malum facit vlli, nec bonum facit.
- x ¶ Quod si inuicem mordetis & comedetis. Per contentiones singuli vos meliores alteris iudicando.
- y ¶ Videte ne ab inuicem consumamini. Dum alter alteri occasio perditionis extat.
- z ¶ Dico autem in Christo, spiritu ambulate. Spiritualibus actibus, quos infra describit.
- a ¶ Et desideria carnis non perficietis. Non quo caro sine anima concupiscat, sed quando ipsa anima carnalia cogitat, caro dicitur: quando verò spiritualia, Quam diu verò duplex in nobis, Quam diu verò duplex in nobis, est desiderium vel voluntas, non perficimus quaecumque volumus, vno aedificante in nobis, & alio destruyente.
- b ¶ Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Carnalis consuetudo aduersus spirituale desiderium.
- c ¶ Haec enim sibi inuicem aduersantur, ut non quaecumque vultis, illa faciat. Hoc facit ratio, ut non voluntatem sequatur effectus.
- d ¶ Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Si vos spiritualibus per omnia actibus occupetis, non est vobis lex necessaria, quae carnalibus data est.
- e ¶ Manifesta sunt opera carnis. Non est difficile discernere inter vtraque opera.
- f ¶ Quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, amulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, commestiones, & his similia. Inimicitias & caetera sequentia carnalia dicit, quae animae sunt, non carnis, ne Manichaei eum substantiam carnis accusare putarent, sed omne malum carnale definiunt, omne bonum spirituale, quia caeleste.
- g ¶ Quae praedico vobis sicut praedixi. Ex his caetera colligere poteriam,

E poteram, quæ compendij gratia prætermisi.
 a ¶ *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Notandum atque plangendum, quod contentiosos atque diffidentes vel iracundos, cum idololatriæ & veneficis, & homicidis penitus excludit à regno.

b ¶ *Fructus autem spiritus est charitas.* Omnium virtutum prima est charitas, quam in quatuor partes diuisibilem annotauimus.

c ¶ *Gaudium.* Spirituale.

d ¶ *Pax, patientia.* Etiam cum odientibus pacem.

e ¶ *Benignitas, bonitas.* Semper bene velle facere.

f ¶ *Longanimitas.* Illatas iniurias sustinere patienter.

g ¶ *Manuetudo.* Nulli iniuriam irrogare.

h ¶ *Fides.* Vel debes credere, vel omnibus promissa complere.

i ¶ *Modestia.* Neclæsus irasci.

k ¶ *Continentia.* In coniugijs spiritualibus.

l ¶ *Castitas.* In virginibus intelligitur.

m ¶ *Aduersus huiuscemodi non est lex.* Non enim ista prohibuit, sed & qui nouum implet, non est sub veteri testamento.

n ¶ *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.* Si omnia simul vitia crucifixa sunt, & caro quasi pendens in ligno, non concupiscit, vt quid nobis lex, quæ data est ad vitia coercenda? Simul illud notandum, quod eos dixerit Christi esse, qui carnem cum vitijs crucifixerunt. Hoc contra illos, qui solum fidem sufficere arbitrantur.

CAPVT VI.

Spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Si per spiritum vitam habemus, spiritualiter conuersemur: & non carnaliter legi seruiamus.

p ¶ *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.* Inanis gloriæ est cupidus, qui alterius quam us veram doctrinam euacuare conatur, vt plures videatur habere discipulos: huiusmodi tamen se alterutrum ad iracundiam prouocare consueuerunt, quam diu sibi inuicem inuidere non desinunt. Inanis aliter gloria est, si ex his quæ non præcipiuntur in lege, omnes cogamur facere, quantum non facimus, & cum ipsi non poterimus, hæc superflua dicamus.

q ¶ *Inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.* Si irridendo seductos ad iracundiam prouocetis, & illi vobis inuideant.

r ¶ *Frates, & si præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis.* Hoc illis dicit, qui non fuerant periuasi, vt præuentos corriganter mansuetet. Sanè in his præuenitur humana fragilitas, quæ leuiora sunt, & ex insperato contingunt. Cæterum non est præuentio, vbi aliquid cum consilio diu meditato committitur.

s ¶ *Considerans teipsum, ne & tu teneris.* Quia & tu ipse homo cum sis, potes in aliquo præueniri, & adiutorio indigere, sicuti sani infirmos sustinent, & mortuos sepeliunt viu: quia & ipsi infirmari & mori se posse credunt.

t ¶ *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

sti.] Lex Christi, charitas est, sicut ipse dicit: Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis, sicut & ego dilexi vos. Notandum quod gratia lex dicatur.

u ¶ *Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.* Qui se putat non posse tentari, siue qui plus de se laudanti quam suæ conscientia credit.

CAPVT VI.

Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & si præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu teneris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habeat, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur verbo ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, opere mur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur.

deficiamus.] Sicut Ecclesiasticus ait: Non impediatis orare semper, & non vereris vsque ad mortem iustificari: quoniam merces Domini manet in æternum. Indeficientem enim iustitiam, indeficiens præmium sublequitur: quia qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.

f ¶ *Tempore enim suo metemus non deficientes.* Nunc tempus seminandi est, non metendi.

g ¶ *Ergo dum tempus habemus.* Vltimum sementis hoc tempus est, festinemus ergo campos omnes serere: sed magis eos, qui sunt vberissimi, repleamus, ne incipiamus tempore messis, alijs ambulantibus e future.

h ¶ *Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* Indigentibus ludæis & Paganis & omnibus Christianis, bonis malisq; misericordiam faciamus, nec alicui quod Dominus communiter tribuit, denegemus: maxime tamen his, qui peculiarem fidei exhibent famulatum.

i ¶ *Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.* Intelligite quam non timeam, qui literas manu mea nuper scripsi.

k ¶ *Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur.* Qui ludæis carnalibus placere desiderant, crucis Christi persecutionem sustinere timeant.

G
Ioan. 13. d.

x ¶ *Opus autem suum probet vnusquisque.* Testimonio conscientia.

y ¶ *Et sic in semetipso tantum gloriam habeat, & non in altero.* In sua conscientia, & non in alterius adulatione; siue in sua iustitia, non alieno peccato. Nemo enim proficit ad alterius detrimentum: nec ex illius delicto iustior quam fuerit, apparebit.

z ¶ *Vnusquisque enim onus suum portabit.* Non enim onus eius aufert laus sectantis.

a ¶ *Communicet autem is qui catechizatur verbo ei, qui se catechizat in omnibus bonis.* Siue obedientiam verbo, & actibus imitationem, siue substantiam victus.

b ¶ *Nolite errare, Deus non irridetur.* Homo potest à serpente, Dei vindictam negante, irrideri, sicut Eua. Nam Deus exhibet quod promittit: nam vt omnem eius astutiam excluderet, amplius primò peccantibus reddidit, quam promisit, & vxori Lot etiam quod non dixerat, fecit.

c ¶ *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem.* Qui spem habet in circumcissione carnali, vel qui vitia seminat, metet penam.

d ¶ *Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Qui in spirituali conuersatione seminat, vel fide.

e ¶ *Bonum autem facientes, non*

Eccl. 18. c.

a ¶ *Neque*

A

a ¶ Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt. [Si circum-

b ¶ Sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur. [Vt de-

c ¶ Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo.] Non in propria iustitia vel doctrina, sed in fide crucis, per quam mihi omnia peccata dimissa sunt, ut ego mundo morerer, & ille mihi,

d ¶ In Christo enim Iesu neq; circumciso aliquid valet, neque praputium, sed noua creatura. [Hoc tēpore solum hoc prodest, si quis renatus in Christo, noua cōuer-

Hier. 4. a.

satione vtatur, ut propheta ait: Innouate vobis nouam messem, & ne seminaueritis inter spinas. Circumcidite vos Deo vestro, & circumcidite praputium cordis vestri.

c ¶ Et quicumque hanc regulam sequuti fuerint, pax super illos & misericordia. [Quia in sola fide spes collocatur animatum.

f ¶ Et super Israel Dei. [Dei est, ergo Israel. Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelita.

riantur. a Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt, sed b volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur. c Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. d In Christo enim Iesu neq; circumcisio aliquid valet, neque praputium, sed noua creatura. e Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super f Israel Dei. De g cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. h Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

g ¶ De cetero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. [Nemo me amplius interroget quasi dubitans: quia omnem exposui veritatem. Ego enim signa & characteres, non circumcisionis, sed crucis & passionis in corpore meo circumfero.

h ¶ Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. [Subscriptio talis est Apostoli. Optat autem, ut gratia eos Domini, non legis opera comitentur. Simul & attende, quia cum spiritu vestro dixerit, non cum carne, in cuius circumcisione glo-

EPI-

riantur carnales: vos autem spiritualiter conuersamini ut spiritualiter circumcisi.

Commentariorum in epistolam ad Galatas finis.



D. HIERON
TOM. VI. 78

COMMENTARII IN EPISTOLA AD EPHESIOS.

CAPVT I.

EPISTOLA AD EPHESIOS.

CAPVT I.

Aulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei. Non meis meritis.

Omnibus sanctis. Omnes sancti fideles, non omnes fideles sancti. Quia possunt etiam catechumeni ex eo quod Christo credunt, fideles dici, non tamen sancti sunt: quia non per baptismum sanctificati. Siue sic intelligendum, quod scribat, fideliter seruantibus gratiam sanctitatis.

Qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Non omnibus Ephesijs, sed his qui credunt in Christo.

Gratia vobis & pax. Tunc vobis valebit gratia, si ei non sitis ingrati, salutem vestram vestris meritis deputantes. Pacem vero reconciliationis obseruabimus, si nihil eius bonitati vel iustitie deinceps faciamus contrarium.

A Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Vnum esse patrem & filium demonstrat, vtique pariter operantes.

Benedictus Deus & pater, &c. Laudat Deum, eo quod donauerit infra scripta.

Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. Non aliquantis, sed omnibus spiritualibus gratia benedictionibus, vt quomodo in nobis nihil deest ex illo, ita voluntati eius nihil deest ex nobis.

In caelestibus. Non in carnali prosperitate, nec in terrena abundantia.

In Christo. In capite omnia membra benedixit.

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c. Quia nihil nouum est ei apud quem omnia erant, ante quam fierent.

In conspectu eius. Non hominum.

In charitate. Hoc fecit, siue immaculatos diligit Deus.

Qui praeordinauit nos in adoptionem filiorum. Hos praeordinauit, vt haberent potestatem filij Dei fieri homines, qui credere voluissent, sicut scriptum est. Loquebantur verbum cum fiducia omni volenti credere.

Per Iesum Christum in ipso. Vt membra eius simus.

Secundum propositum voluntatis suae. Non secundum merita nostra.

In laudem gloriae gratiae suae. Vt laudemus gloriam gratiae eius.

In qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In qua gratia gratos fecit nos sibi in Christo.

In quo habemus redemptionem, per sanguinem eius, &c. Non solum redemit, sed etiam peccata remisit, sine labore nostro iustos nos fecit, secundum diuitias gloriae eius.

Quae superabundauit in nobis in omni prudentia, &c. Plusquam abundauit, vt non solum a morte redemptis gratis

peccata dimitteret, sed etiam nobis tantam sapientiam donaret, vt voluntatis eius occulta mysteria nosceremus.

In dispensatione plenitudinis temporum. In nouissimis temporibus, quando iam omnis dispensatio temporum, legis & naturae prophetarumque transacta est.



Per voluntatem Dei omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.

Gratia vobis & pax a Deo patre nostro & domino Iesu Christo. Benedictus Deus

& pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

Qui praeordinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipso. Secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem, per sanguinem eius in remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiae eius: quae superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum: vt instaurare omnia in Christo, quae in caelis & quae in terra sunt in ipso. In quo etiam nos sorte vocati sumus, praeordinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae, vt simus in laude gloriae eius, nos qui ante sperauimus in Christo. In quo & vos cum audissetis verbum veritatis, euangelium salutis vestrae, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram, quae est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus domini nostri Iesu Christi pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitionem eius, illumini

mini vnum esse, quia eundem spiritum accepistis: cuius signa, arra sunt hereditatis futurae. Si ergo mortuos suscitare arra est, quanta erit ista possessio? Pignus vero promissis fidem operatur spiritu promissionis, qui non carni promissus est.

In redemptionem acquisitionis, &c. Quos redimendo suo sanguine acquisiuit: vt etiam in hoc laudemus gloriam eius.

Propterea & ego audiens fidem vestram, quae est in Christo Iesu. Quam firmiter teneatis fidem Iesu.

Et dilectionem in omnes sanctos. Hoc est, fidem operibus comprobatis, & omnes bonos sine exceptione personae vel notitiae diligitis. Cauere autem a pseudopropheta, & non omni spiritui credere: & non ante probationem nobis iudicare praecipitur.

Non cesso gratias agens pro vobis, &c. Non vt quidam iucunditate conuiuij: mihi autem nihil oratione iucundius.

Vt Deus domini nostri Iesu Christi pater gloriae, &c. Notandum quia fidem & charitatem habentibus, sapientia a domino predicatur: nouerat enim adiutricem esse virtutum.

In agnitionem eius. Quomodo optat vt agnoscant Deum, quem vsque adeo nouerant, vt ei credentes, omnes propter

Instaurare omnia in Christo, &c. Multi super hac re diuersa dixerunt. Nam quidam aiunt caelos, animas, terram, corpora accipienda. Alij caelos, Iudaeos qui caelestia precepta habuerat, terra esse fertiles affirmant. Alij vero asserunt, non angelos per caelos significari, sed eorum scientiam: ex Christi enim tempore profecisse, qui tanquam ignari interrogabatur: Quis est iste rex gloriae? Et docetur dominum eum esse virtutum. Sed quoniam instaurare non dicitur, nisi lapsu: melius est si eorum gaudium in salute hominum instauratum esse dicamus: quod habuerant antequam homines a iustitia penitus declinarent. In terra vero instauratum genus hominum per Christum nullus ignorat.

In quo etiam, &c. Nos qui ex Iudaeis credimus.

Praeordinati. Per fidem, siue praecogniti.

Secundum propositum eius. Proposuit omnia restaurare: sed primo oues perditas domus Israel.

Qui operatur omnia, Omnium horum causa, voluntas Dei est: quam rationabilem esse non dubium est.

Secundum consilia voluntatis suae. Non secundum merita nostra.

Vt simus, &c. Vt per conuersionem nostram, & signa quae facimus, detur gloria Deo.

Nos qui ante sperauimus in Christo. Nos Apostoli vel Iudei, qui priores credimus Christo: siue ex lege expectauimus.

In quo & vos cum audissetis, &c. In quo etiam vobis gentibus annuntiata est salus.

In quo & credentes. In quo euangelio, siue Christo.

Signati estis spiritu promissionis sancto, &c. Hinc cognoscimus

ipsum

A
Ecl. 18.

ipsum diligenter sanctos? Sed hoc petit, ut perfectè agnoscant magnitudinem eius, atque virtutem, qua potest promissa præmia vel pœnas implere. Magnitudinem, qui cum ubique sit, nihil eum potest omnino latere: qui enim pro certo cognoverit, nullo poterit in loco peccare: nam qui humanum testimonium erubescit, multo magis diuinum poterit reuereri.] Vnde filij cum sacerdotes essent, Deum nescisse dicuntur: quia præsentiam & potentiam eius minimè timuerunt. Et Ioannes apostolus omnem qui peccat, Deum non cognouisse confirmat.

a ¶ Illuminatos oculos cordis vestri.] Spiritualia promissa non nisi spiritualibus oculis perui dentur.

b ¶ Ut sciatis quæ sit spes vocationis eius.] Si sciretis ad quantam spem vocati estis, omnem spem sæculi facillè contempnere: & si diuitias hæreditatis Dei videretis, omnis terrena vobis horrebit hæreditas. Nemo enim regnum cum opibus suis sperans, curator esse, & mediocrem substantiam possidere dignatur.

c ¶ Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos.] Omnis magnitudo virtutum Dei in natura vel lege supereminet: quia præstitit Christianis ut filio suo non parceret, ut eum caput nostrum factum, ad suam dexteram in cœlestibus collocaret.

d ¶ Et constituens ad dexteram in cœlestibus.] Hic dextera pro honore ponitur, ne Deus corporeus esse credatur. Nam & pater à dextris esse scribitur Christi. Dominus, inquit, à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges. Ambo ergo à dextris sunt: quia nihil est in diuinitate sinistrum.

e ¶ Super omnem principatum.] Quia vnum est iam cum Deo assumptus homo qui suscitatus est.

f ¶ Et omne nomen quod nominatur.] Si quod est aliud.

g ¶ Et omnia subiecit.] Super omnem ecclesiam.] Ecclesia omnium plenitudo membrorum est.

h ¶ Qui omnia in omnibus adimpletur.] Quando omnes credent, tunc erit corpus eius effectus in omnibus membris. Totus enim in membris, non in singulis impletur, ut nulla sit diuersitas meritorum.

CAPVT II.

ET vos conuiuificauit cum essetis mortui delictis & peccatis.] Incipit collata beneficia replicare, ut iuxta officium mandatorum ex contemplatione donatæ indulgentiæ, auidius concitentur. Mortui enim erant peccatis facientibus, sicut Adam & Eua in delictis viuentes.

k ¶ In quibus aliquando ambulastis.] Notandum quòd in peccatis ambulasse illos, non ambulare dixerit.

l ¶ Secundum sæculum mundi huius.] Sæculi hominibus similes, sequentes diaboli voluptatem.

m ¶ Secundum principem potestatis aeris huius spiritus.] Secundum principem illius potestatis, qui huius aeris satellitibus suis ad decipiendos diuersis peccatis homines, diues erat potestate.

n ¶ Qui nunc operatur.] Operatur suasionem horum, in eos qui non credunt. Illi autem qui desperant atque diffidunt de promissione Dei, dicuntur filij diffidentiae, sicut filij iræ, & gehennæ, & mortis. In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus. Non solum vos gentes non credendo, sed & nos Iudæi peccando.

o ¶ In desiderijs carnis nostræ.] Quando mēs nostra rebus terrenis & carnalibus inhærebatur: non solum desiderabant, sed & faciebant quæcumque mala cogitatio suggessisset.

p ¶ Et eramus natura filij iræ.] Ita nos fraternæ traditionis cōfuctudo possederat, ut omnes ad dationem nasci videremur.

q ¶ Deus autē qui diues est.] Misericors hominibus: quia omnia diligit quæ creati: nec enim odians aliquid constituit.

r ¶ Propter nimiam charitatem.] Nimia charitas est, rebelles seruos quasi filios diligere. Vnde considerandum est quantum diligit sanctos & perfectos, qui tantum dignatus est diligere peccatores.

s ¶ Et cū essemus mortui peccatis.] Sine peccato, sicut Christus per baptismum faciendo.

t ¶ Cuius gratia estis saluati.] Propter vsum, siue qui pro vobis gratis nullo vestro iustitiæ merito intercedente mortuus est, cum ipse reus non esset.

v ¶ Et conuersus est.] Nō possumus desperare quod nostra iam possidet natura: quia ubi caput est, ibi erit & corpus, sicut ipse ait. Volo vbi ego sum, & isti sint mecum.

x ¶ Ut ostenderet in.] Ante prædestinauit, quod erat his temporibus completurus.

y ¶ Abundantes diuitijs gratiæ suæ.] Verè abundans est gratia, quæ non solum peccata donauit, sed etiam cum Christo resuscitans in dextera Dei in cœlestibus collocauit.

z ¶ In bonitate.] Exemplo vel corpore Christi.

a ¶ Gratia enim.] Non meritis prioris vitæ, sed sola fide: sed tamen non sine fide.

b ¶ Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur.] Quasi suis meritis aliquid in baptismo accepisset.

c ¶ Ipse enim sumus factura creati.] Quia nuper sumus in Christo renati, ut quæ in euangelij sunt defensæ.

d ¶ Propter quod memores estote.] Commemorat illa, ne de tanta ignobilitate qua ad summam regni perducti sunt dignitatem, sint ingrati beneficijs largitoris.

e ¶ Qui dicebimini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio.] Genetes, præputium: Iudæi, circumcisio dicebantur.

f ¶ In carne manu facta.] In manu humana: in carne, non in spiritu Dei, aut corde.

g ¶ Qui eratis illo in tempore sine Christo.] Nescientes Christum, idola insensibilia colebatis.

h ¶ Alienati à conuersatione Israel.] Qui tunc erat populus Dei.

i ¶ Et hospites testamentorum.] Etiam si credideritis, profelyti, hoc est, aduenæ habebamini.

k ¶ Promissionis spem non habentes.] Quam Deus promisit Abrahamæ, illi soli sperare videbantur.

l ¶ Et sine Deo in hoc mundo.] Multos enim falsos deos sequentes, vnum amiserant verbum.

C

D

Ioan. 17. 6.



E a ¶ Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, &c.] Ita vt Iudæos sequeremini qui cum Deo erant.
b ¶ In sanguine Christi.] Credendo vos esse sanguine eius & passione liberatos.

c ¶ Ipse est enim pax nostra, &c.] Ipse est reconciliatio vtriusq; populi ad inuicem ad Deum.

d ¶ Et medium parietem macerie.] Medius paries, & sepis & maceries, onera legis erant, duos populos diuidentes, & ideo ipse paries inimicitia nominantur.

e ¶ Soluens inimicitias in carne sua.] Circumcisionis & ceterorum: quæ non tam Dei voluntas, quam aut temporis ratio, aut populi duritia exegerat.

f ¶ Legem mandatorum decretis euacuans.] Per solam fidem iustificans moralia sola decernens.

g ¶ Vt duos condat in semetipso.] Iudæum & gentem in suo corpore æqualiter coniungens.

h ¶ In vno nouo homine, &c.] In vnum populum Christianum ex duobus effectum.

i ¶ Reconciliet ambos, &c.] Quia ambo per peccatum fuerant inimici.

k ¶ Per crucem interficiens inimicitias, &c.] Per solam fidem crucis, quæ nullum deterret, non enim grauis difficilis est, quam habere etiam latro potuit crucifixus.

l ¶ Et veniens euangelizauit pacem, &c.] Ad hoc venit, vt dissidens humanum genus in semetipso & in Deo, ad reconciliacionis gratiam reuocaret.

m ¶ Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.] Nemo venit ad patrem nisi per me. In vno spiritu, vnum corpus, vnum spiritum habet, & signum pacis.

n ¶ Ergo iam non estis hospites, &c.] Iam non extranei & profelyti: nec enim separauit nos Deus à populo suo, sicut dixit Elaias: sed ciues, qui sunt eiusdem originis vel hospitij, & habitationis.

o ¶ Superadificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, &c.] Prophetarum noui testamenti, in quibus Agabus fuit, Christus est etiam fundamentum, qui etiam lapis dicitur angularis, duos coniungens & continens parietes. Ideo autem fundamentum & summus est: quia in ipso fundatur & consummatur ecclesia.

p ¶ Crescit in templum sanctum in domino.] In templo sancto nõ possunt lapides nisi sancti poni, ad comparationem templi Hierusalém dixit extrui corpus Christi, id est, ecclesiam, & multo maiorem mundiciam & sanctitatem habet veritas, quam imago.

q ¶ In quo & vos coedificamini, &c.] Vt cum apostolis & prophetis, sitis habitaculum Dei spirituale, non manu factum.

CAPVT III.

Huius rei gratia.] Quam superius memorauit, quod filius Dei & gentes saluauerit & Iudæos, & vtroque fecerit vnum.

f ¶ Ego Paulus vincitus Christi Iesu.] Siue catenis, siue Christi amore ligatus, non possum meam, nisi domini facere voluntatem. Sanè quo modo vincitum se nominat, confirmat

euangelium Christi. Ostendit quanta sit spes, pro quo talia pati libenter amplectitur, cum posset apud Iudæos, vt legis doctor & magnis diuitijs abundare, & summo honore gaudere.

t ¶ Pro vobis gentibus.] Secundum euangelium, inimici propter vos: quia vos similes esse dicimus Iudæorum.

u ¶ Si tamen audistis dispensationem gratia Dei, &c.] Si tamen firmiter retinetis me in vobis dispensationem accepisse doctrina. Quis enim fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis escam in tempore.

x ¶ Quoniam secundum reuelationem.] Non secundum humanam doctrinam.

y ¶ Notum factum mihi est sacramentum, sicut supra scripsi.] Iudæos & gentes vnum esse in Christo.

z ¶ In breui, prout potestis, &c.] Non quantum poteram ego scribere, sed quantum vos asequi valebatis.

a ¶ In ministerio Christi.] Non eloquio sæculari.

b ¶ Quod alijs generationibus non est agnitum, &c.] Sciebant quidem propheta priores gentes esse vocandas, non tamen sciebant nullam inter ipsos & Iudæos discretionem futuram.

c ¶ In spiritu esse gentes coheredes.] Per spiritum mihi reuelatum, siue in spiritu illos sociatos esse non carnis circumcissione.

d ¶ Et concorporales & participes promissionis in Christo Iesu.] Id est, vnius corporis, non solù coheredes, quod posuit diuersi generis esse, nec solum concorporales: quia possunt eiusdem generis filij, non eiusdem in hereditate esse substantia.

e ¶ Per euangelium, cuius factus sum ego minister.] Per meam predicationem omnibus innotescet: quia hoc mihi peculiari reuelatum.

f ¶ Secundum donum gratia Dei, &c.] Non secundum meritum meum.

g ¶ Secundum operationem virtutis eius.] Cuius virtus me confirmat euangelium.

h ¶ Mihi enim omnium, &c.] Minimo tempore non labore. Notandum quod inter sanctos se humiliando fecerit gratù.

i ¶ In gentibus euangelizare in inuestigabiles diuitias Christi.] Annuntiare futuras hereditates, diuitias promissas: quas sensus humanus apprehendere non valet, nisi per reuelationem.

k ¶ Et illuminare omnes, que sit dispensatio sacramenti.] Iudæis & gentibus huius sacramenti pandere rationem.

l ¶ Absconditi à faculis in Deo.] Hoc est, quod in primis temporibus, soli Deo confirmatum erat.

m ¶ Qui omnia creauit.] Et Iudæos & gentes, siue omnem creaturam, vt sensus contra Marcionem proficiat, & omnes hæreticos.

n ¶ Vt innotescat principibus, &c.] Vt per me his qui rebus cælestibus per omnem ecclesiam principantur multiformis sapientia innotescat.

o ¶ Secundum prædicationem saculorum, &c.] Quam prædiciunt & hoc tempore, quando iam homines aliter saluari non poterunt, nisi Christi fide saluentur.

CAPVT III.

Huius rei gratia.] Ego Paulus vincitus Christi Iesu t pro vobis gentibus, si tamè audistis dispensationem gratia Dei, quæ data est mihi in vobis: quoniam secundum reuelationem notum factum mihi est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi, quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu esse gentes coheredes & concorporales, & concorporales promissionis in Christo Iesu per euangelium, cuius factus sum ego minister secundum donum gratia, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus euangelizare in inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à faculis in Deo qui omnia creauit, vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus, per ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum prædicationem saculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro in quo

mauit: siue cuius virtutes meum confirmat euangelium.
h ¶ Mihi enim omnium, &c.] Minimo tempore non labore. Notandum quod inter sanctos se humiliando fecerit gratù.
i ¶ In gentibus euangelizare in inuestigabiles diuitias Christi.] Annuntiare futuras hereditates, diuitias promissas: quas sensus humanus apprehendere non valet, nisi per reuelationem.
k ¶ Et illuminare omnes, que sit dispensatio sacramenti.] Iudæis & gentibus huius sacramenti pandere rationem.
l ¶ Absconditi à faculis in Deo.] Hoc est, quod in primis temporibus, soli Deo confirmatum erat.
m ¶ Qui omnia creauit.] Et Iudæos & gentes, siue omnem creaturam, vt sensus contra Marcionem proficiat, & omnes hæreticos.
n ¶ Vt innotescat principibus, &c.] Vt per me his qui rebus cælestibus per omnem ecclesiam principantur multiformis sapientia innotescat.
o ¶ Secundum prædicationem saculorum, &c.] Quam prædiciunt & hoc tempore, quando iam homines aliter saluari non poterunt, nisi Christi fide saluentur.

G

Matr. 24, d

H

Esa. 56, a

Act. 11, d



A

a ¶ In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Non per nostram iustitiam, sed per eum cuius fides peccata dimittit.

b ¶ Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, &c. Ne me audientes impune laedi: ad Deum non pertinere putetis, in quo magis gloriari debetis: intelligentes me tanta absque certa spei fiducia sustinere non posse.

c ¶ Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, &c. Ex quo omnis paternitas nomen accepit. Siue ex quo omnes res, pater nominatur.

d ¶ Ut det vobis secundum diuitias glorie sue, &c. Ut vos per illuminationem scientiae & diuitiarum fructum confirmet.

e ¶ In interiore homine habitare Christum, &c. Vbi interior homo per fidem robustus est, ibi habitat Christus, non vbi exterior saginatur.

f ¶ In charitate radicati & fundati. Ut in eius amore firmiter starent, beneficiorum eius recordatur, ut eum cognitis eius beneficijs diligenter.

g ¶ Ut possitis comprehendere. Ut ex omni parte, magnitudinem scientiae adipisci valeatis.

h ¶ Cum omnibus sanctis. Quare sapientiam apud malos, & non inuenies. Et alibi. In corde autem boni requisit sapientia.

Prov. 14. a

B

i ¶ Quae sit latitudo & longitudo, &c. Quidam dicunt quod latitudo spaciofa via intelligatur, longitudo vita aeterna, altitudo caelum, profundum infernus, ut scilicet horum omnium notitiam habentes, nouerint quid diligant vel quid refutent.

k ¶ Scire etiam supereminentem, &c. Supereminet fructus.

l ¶ Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ut efficiamini pleni omnibus virtutibus.

m ¶ Et autem qui potens est omnia facere, &c. Frequenter maiora tribuit, non solum quam petimus, sed etiam quam petere intelligimus, quae operatur in nobis.

n ¶ Ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu. Quia veniens Christus sibi met ad Dei gloriam ecclesiam congregauit.

o ¶ In omnes generationes saeculi saeculorum. Immenfa beneficia immensis laudibus celebranda, non solum de his quae Christi temporibus contulit, sed etiam quae ante fecit, faciet.

CAPVT IV.

Obsecro itaq; vos ego vincetus in domino, &c. Ego vos rogo, qui vestri causa sum vincetus, vt vos Dei filium agnoscentes, dignè tanto honore conuertemini: quia vna dignitas est qua agnoscuntur propria instituta.

q ¶ Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia. Et mentis & corporis. Humilitas vera nihil sibi vendicat, mansuetus nulli nocet, patiens nulli vicem reddit iniuriae.

r ¶ Supportantes inuicem in charitate. Sufferunt & philosophi, sed non in charitate. Nos verò non vt laudati, sed vt ille quem sustinemus proficiat, diligentes sustinere debemus.

Ad. 4. f.

s ¶ Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Multitudinis enim credentium erat cor vnum & anima vna.

t ¶ Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae, &c. Vnum consensum debet habere in vno corpore omnium compago membrorum, quae ad vnam spem sunt vocata salutis. Vnde diligenter legere debent hunc locum hi qui in saeculi occupationibus ligati, putant sibi licere

G

peccare, & alijs non licere: cum omnes in vnum corpus baptizati, eundem spiritum acceperint, & in vna spe vocati sint Dei. Siue sic: si vnum spiritum habetis, & ex vno patre Deo nati estis, nolite vobis de terrena nobilitate aliquid arrogare, ne vestram gloriam amittatis.

u ¶ Vnus Deus & pater omnium. Etiam eorum qui ex gentibus crediderunt.

x ¶ Qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Super omnes virtutes, vt potens: per omnia opera sua, qui immensus omnibus Christianis, secundum quam habitare dignatur.

y ¶ Vnicuique autem nostram data est gratia. Non multa sunt corpora per varietatem gratiarum, sed membra diuersa.

z ¶ Secundum mensuram. Non tam nostrae capacitaris, quam illius largientis.

a ¶ Donationis Christi. Ad quam gratiam qui le aptauerit, ipsam consequitur: vtpote, qui studiosus legis est, sapientiam multam, oranti & ieiunanti conceditur spiritus potestas.

b ¶ Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuam, &c. Quos diabolus captiuos tenebat ad mortem, Christus captiuauit ad vitam, ad caput nostrum in caelestibus collocandum.

D

c ¶ Quod autem ascendit, &c. Exponit cur dicatur ascendisse, quem nusquam esse no dubia est: secundum formam scilicet serui: ad quam non localiter, sed dignanter descendat.

d ¶ In inferiores partes terra. Infernum sub terra esse nemo iam ambigat.

e ¶ Qui descendit ipse est, &c. Qui descendit cum anima in infernum, ipse cum anima & corpore ascendit in caelum.

f ¶ Ut adimpleret omnia. Gloria triumphantes, siue quae scripta sunt, siue dum iam humanitas cum diuinitate vnum effectum est.

g ¶ Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas. Contra Arianos, vt filij & patris vna sit operatio. Nam ad Corinthios Deum patrem dicit in ecclesia ordinasse: hic verò Christum hoc dixisse commemorat.

h ¶ Alios verò euangelistas. Omnis apostolus euangelista, non omnis euangelista apostolus: sicut Philippus qui vnus erat ex septem.

i ¶ Alios autem pastores & doctores. Pastores verò omnes qui sunt idonei ad alios instruendos. Omnis ergo pastor doctor: non omnis qui doctor est & pastor.

k ¶ Ad consummationem sanctorum, &c. Ut perficiantur sancti, siue eorum numerus impleatur, omnes sunt constituti ad aedificandam ecclesiam quae corpus Christi est, vt omnes ad perfectionem fidei perducant.

l ¶ Donec occurramus omnes in vnitatem fidei. Hoc votum etiam falsis doctoribus inest, id est, volo omnes esse sicut me.

a ¶ Et

D. HIERON
TOM. VII. 78

E

a ¶ *Et agnitionis filij Dei.*] Ille agnoui gratiã filij Dei qui non peccat: quia omnis qui peccat, nõ videt eũ, nec cognoui eũ.
 b ¶ *In virum perfectum, &c.*] Qui enim dicit se in Christo manere, debet quo modo ille ambulauit, ambulare, & non a nostrum eius aetatem, sed plenitudinem imitari.

c ¶ *Vt iam non, &c.*] Vt non simus ignorantes nec dubij ac vacillantes, & more imperiti gubernatoris, oēs doctrinã vento nostrã fidei velut appendentes, ne facillẽ naufragemus, aut ad portum perfectionis nunquam peruenire possimus.

d ¶ *In nequitia hominum, &c.*] Nequitia hominum, astutus disputationibus à recto fidei cursu detorquet incautos.

e ¶ *Ad circumuentionem erroris.*] Sicut cum multi quoddam erroris sui remedium putent: si multos secum traxerint ad errorem, siue errantibus remedium, sine labore promittentes, permanere faciunt in errore.

f ¶ *Veritatem autem facientes in charitate.*] Omnia in veritate propter charitatem Christi, & nihil in hypocritis facientes.

g ¶ *Crescamus in illo per omnia.*] Ita illius perfectione ex omni parte crescimus.

h ¶ *Qui est caput Christus, &c.*] Ex capite connexum corpus, per omnem subiunctionem operationis crescit, dum se alterutrum membra ædificant diligendo: ita vt vnumquodque membrum in sua mensura augetur, hoc est, vt qui est per sapientiam oculus, in eorum numerum crescat, qui oculi officium gerituri sunt, & singula quæque membra proficiant.

i ¶ *In mensuram vnusquisque, &c.*] Dum singula membra crescunt, maius efficitur corpus.

k ¶ *Hoc igitur, &c.*] Quos superius obsecrauerat, hic in domino obtestatione constringit.

l ¶ *Vt iam non ambuletis, &c.*] Nolo, ait, solo vos nomine esse Christianos, & Deũ ore confitentes operibus denegare, sed quãtum inter diabolũ distat & Deum, tanta differentia debent filij Dei à filiis diaboli in operibus discrepare. Ne Deum labijs honorantes, cordis timore longius astant, & dicatur de nobis, Sine causã colunt me, hoc est: ex mea cultura nullos accipient fructus.

m ¶ *In vanitate sensus sui.*] Vani sunt enim omnes homines quibus non est sapientia Dei.

n ¶ *Tenebris obscuratum habentes intellectum.*] Sed ignorantia & mundanarum rerum solitudine à caligine ac tenebris obscuratum.

o ¶ *Alienati à vita Dei.*] Illi ideo à vita alienati sunt Dei, quia ignorant, vos autem quia cognouistis Deum sequi debetis.

p ¶ *Per ignorantiam qua est in illis.*] Notandum quia contemptus ignorantiam generauit.

q ¶ *Propter cecitatem, &c.*] Dicentium, non est Deus.

r ¶ *Qui desperantes, &c.*] Desperantes penam impiorum & præmium iustorum, necesse est vt presentibus voluptatibus adhaereant, qui futura desperant. *Venite & fruamur bonis qua sunt, &c.* cætera.

s ¶ *In operatione immunditiae, &c.*] Omnia crimina, immunditiae & auaritiæ nomine comprehendit.

t ¶ *Vos autem non ita didicistis Christum, &c.*] Et sicut ille, non gentili ritu viuatis. Ille enim verè Christum audiuit, & ab ipso didicit, qui nullo similis vitio gentibus inuenitur.

u ¶ *Sicut est veritas in Iesu.*] Sicut ille verè mortuus est & surrexit, vt nos verè in nouitate ambulemus.

x ¶ *Deponite, &c.*] Exposuit quid sit vetus homo, & quo modo deponatur, scilicet vt pristinos errores abiciat huius mundi, & nõ membris corporis, sed mète & cõuersatione mutetur.

y ¶ *Qui corrumpitur secundum desideria erroris.*] Faciens voluntatem carnalium cogitationũ.
 z ¶ *Renouamini autem spiritu mentis vestrae.*] Sicut Hieremias ait. *Facite vobis cor nouum & spiritum nouum.*

a ¶ *Et induite nouum hominem.*] Ex veteri intellige nouum.

b ¶ *Qui secundum Deum creatus est, &c.*] Exposuit quid sit hominem ad imaginem Dei creatum, vt scilicet iustus & sanctus & verax sicut Deus, vt sanctitate veritatis nõ vanitatis sit præditus, hoc est, quæ vanam hominum gloriam aucupatur, cũ scriptum sit. *Iustus quod iustum est persequeris.*

c ¶ *Propter quod deponentes mendacium.*] Hic describitur ipsa species castitatis, quibus nouus homo cognoscitur.

d ¶ *Loquimini veritatem, &c.*] Nemo suum circumueniat fratrem: quia vnum corpus sumus, & non possunt alterutrum membra se fallere: nec enim manus illudit oculo, aut dentes lacerant membra, nisi forte vbi spiritus immundus inhabitat.

e ¶ *Irascimini, &c.*] Ira non inebriet mentem, sed veritas dispenset, nec tuã iniuriã, sed fratris animaduertere peccatum.

f ¶ *Sol non occidat, &c.*] Ne scientiã lumen in tua indignatione deficiat.

g ¶ *Nolite locum dare diabolo.*] Irascendo vel quolibet alio delicto. Porta enim diaboli est peccatum, sicut homo iustus spiritus sancti porta est.

h ¶ *Qui furabatur, &c.*] Alienos labores aliquãdo direptos nunc suo labore compenset, & operando tribuat indigentibus, qui multos furando fecit egentes.

i ¶ *Operando manibus quod bonum est, &c.*] Non quod malum: sunt enim multæ vel inhonestæ, vel malæ artes, vt maleficia & omnia quæ non ad naturæ necessitatem, sed ad concupiscentiarum proficiunt voluptatem.

k ¶ *Omnis sermo malus, &c.*] Non vnus, nec duo, sed omnes mali sermones, in hoc Christiani debent esse crucifixi.

l ¶ *Sed si quis, &c.*] Non silentium imposuit, sed qualitatem loquendi monstrauit, vt omnis sermo fidem ædificet Christianam, & os nostrum solum appetat verbum Dei. Simul notandum, quia hoc vniuersa ecclesiæ præcipitur.

m ¶ *Vt det gratiam audientibus.*] Hoc est quod alibi dicit. *Sermo vester in gratia sit sale conditus, & in sermone nostro gratiam accipiant audientes.*

n ¶ *Et nolite contristare spiritum sanctum Dei.*] Homini bus loquens, comparisonem inducit humanam, vt ex nobis intelligamus quantam spiritui sancto iniuriam facimus, cum donum eius in nobis aliqua peccati forde polluimus. Et quia de hospitio suo nobis cõdolet, ideo sibi dolens tristis abscedit. Cæterum tristitia & ira & cætera huiusmodi in nobis passiones sunt: quia passibiles sumus. In Deo verò dispensationes: nos illa inuiti patimur, ille voluntate ad nostram emendationem assumit. Et hæc est quæ assumit Deum & hominem, harum conditionum diuersitas & natura.

G

Eph. 18. g.

H

Colos. 4.

Sap. 2. b.

A

a ¶ In quo signati estis in die redemptionis. Signaculum sancti spiritus in die baptismi accepistis, nouum signaculum habere cepistis.

b ¶ Omnis amaritudo. In qua contristatur spiritus sanctus. Recte autem posuit amaritudinem: quia ipsa est prouocatio.

c ¶ Et ira. Omnem aufert iram.

d ¶ Et indignatio. Indignatio ex superbia est, cum aliquē iudicamus indignum, ideo eum nolimus sustinere.

e ¶ Et clamor. Qui ex furore descendit, quem non habeant Christiani. Ceterū Esaias benedixit clamare iubetur. Sed & ipse Iesus clamabat in templo. Qui sitit, ueniat & bibat.

Esa. 58. a.

Ioan. 7. f.

f ¶ Et blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Quæ uel inimico potest uicem reddere.

g ¶ Estote autem inuicem benigni. Seruat ordinem legis, ut non solum malitia tollatur, sed etiam benignitas inferatur.

h ¶ Misericordes. Id est, condolentes.

i ¶ Donantes inuicem, &c. Remittentes peccata, ne uobis dicatur. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, oportuit & te dimittere conseruo tuo.

CAPVT V.

E Stote ergo imitatores Dei, &c. Imitatione enim non natura filij Dei sumus, sicut ait Saluator. Vt situs filij patris mei qui in caelis est, &c.

Matt. 6. f.

B

l ¶ Et ambulat in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Vnde & Ioannes Apostolus ait. In hoc cognouimus charitatem: quia ille animam suam pro nobis posuit. Debemus ergo & nos pro fratribus animas ponere.

Ioan. 10. e.

m ¶ Et tradidit semetipsum. Voluntarie ipse se tradidit, non ab alio inuitus traditus est.

n ¶ Pro nobis. Pro peccatoribus, ueritatem iusti.

o ¶ Oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Suauissimus Deo odor est charitas.

p ¶ Fornicatio autem, &c. Omnia crimina breuiter comprehendit, duorum criminum designando radices.

q ¶ Nec nominetur in uobis sicut decet sanctos. Considerandum scilicet non licere fieri quod non licet nominare.

r ¶ Aut turpitudinis, aut stultiloquium. Hoc etiam in filijs hominum reprehendit honestorum.

s ¶ Aut scurrilitas qua ad rem non pertinet. Risum mouens qui grauitati non conuenit Christianæ: qui ad rem non pertinet cœlestem & diuinam.

t ¶ Sed magis gratiarum actio. Hoc magis semper tractare debetis, quo modo Deo & actu & cogitatione placeatis.

u ¶ Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator, &c. Contra illos agit qui solum fidem dicunt sufficere: quia huiusmodi actus non Deo, sed dæmoni exhibentur. Hereditas autem regni cœlorum Dei filijs, non diaboli preparatur.

x ¶ Nemo uos seducat. Dicendo hoc, solummodo opus est ut fides sit, & homo Christi baptismum consequatur, quamuis peccet, perire non potest.

y ¶ Inanibus uerbis. Quæ hominem liberare non possunt.

z ¶ Propter hæc uenit ira Dei. Ex præteritis futura cognof-

cite, si Sodomitis non pepercit, & his qui in diluuiio perierunt, parceret uobis?

C

a ¶ In filiis dissidentia. Qui non crediderunt iram committentis se superuenturam.

b ¶ Nolite ergo effici participes eorum. Si in peccatis iudicio desperantium participes fueritis, eritis & in pena consortes.

c ¶ Eratis enim aliquando tenebræ, &c. Quando nesciebatis domini uoluntatem. Nunc uero omnia cognouistis. Quantum ergo inter lucem distat & tenebras, tantum à pristina conuersatione discrepare debetis.

d ¶ Fructus enim lucis in omni bonitate & iustitia & ueritate. Talem habet scientia fructum.

e ¶ Probantes quid sit beneplacitum Deo. Ex lege probate quid beneplaceat Deo, non quod homines asserunt.

f ¶ Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Non prodest quicquid fit sine scientia ueritatis: quia nec lux potest communicare cum tenebris.

g ¶ Magis autem redarguite. Non solum communicare nolite, sed etiam redarguite.

h ¶ Quæ in occulto sunt ab ipsis. In secretis locis domorum & uel templi.

i ¶ Turpe est eis, &c. Nobis dicere turpe est, quæ illi uel in tenebris facere non erubescunt.

k ¶ Omnia enim quæ arguuntur, &c. Sicut ad Corinthios ait: Occulta etiam cordis eius manifesta sunt. Et tunc cadens in faciem adorabis Deum pronuntians, quod Deus uerè est in nobis.

D

1. Cor. 14.

l ¶ Omne enim quod manifestatur, &c. Incipit lumen esse & cū crediderit, & uobis adiungitur.

m ¶ Propter quod dicit, &c. Voce alicuius sapientis conscientiam increduli pulsare cupientis, de somno ignorantia excitat.

n ¶ Et exurge à mortuis. A peccatis uel idolis.

o ¶ Et illuminabit te Christus. Cum ei credideris, efficietis & ipse lux.

p ¶ Videte itaque, &c. Quasi filij sapientia & lucis, ne alicui offendiculum detis, & incipiat ei causa perditionis existeret.

q ¶ Redimentes tempus. Vestra sapientia uel cautela.

r ¶ Quoniam dies mali sunt. Non dies mali sunt per se, sed per homines: sicut locus malus dicitur, in quo aliquid committitur mali.

s ¶ Propterea nolite fieri imprudentes, &c. Scrutamini legem, in qua eius uoluntas agnoscitur.

t ¶ Nolite inebriari uino, &c. Exponit continentia uilitatem. Quia luxuria materiam expetere non conuenit crucifixis, sed spiritu sancto repleti.

u ¶ Loquentes uobismetipsis, &c. Non in actibus sæculi: sicut ait propheta: Vt non loquatur os meum opera hominum.

Psal. 16. b.

x ¶ Cantantes, &c. Ne ore tantum uerba Dei resonemus.

y ¶ Domino gratias agentes pro omnibus, &c. Sicut bonis fuit malis, sicut ait Iob: Sit nomen domini benedictum.

Iob. 1. d.

z ¶ Deo & patri, &c. Non humano timore, uel auaritia studio: sicut quidam suis patronis adulari conueniunt.

a ¶ Mulie-

D. HIERON
Tom. 1. 78

a ¶ *Mulieres viris suis subditæ sint.* Non eos sicut Corinthios lacte alebat, sed perfecto cibo continentia nutrebat. Timet enim ne cessante in plerisque carnis officio, aut mulieribus subiectio, aut in viris cessare charitatis affectus: & ne tanquam diuortium docuisse crederetur. Cæterum tale est, vt

b ¶ *Sicut domino.* Quo modo Sara subdita erat Abraham, dominum eum vocans.

c ¶ *Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie, &c.* Reddit iustam causam subiectionis: quia & prior est vir, & vtriusque corporis debet esse saluator.

d ¶ *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, &c.* Tam sancta & tam venerabili charitate.

e ¶ *Et seipsum tradidit pro ea.* Ita & vos pro sanctitate vxoris, nec mori si necesse fuerit, recusetis.

f ¶ *Vt illam sanctificaret mundans lauacro, &c.* Aqua lauit corpus, animam doctrina mundauit: sicut ait ad Hebræos: *Aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda:* ita & vos corpora vxorum conscientia animas mundate doctrinis.

g ¶ *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, &c.* Ita tibi Christus mundauit ecclesiam, vt antiqua crimina ablueret, & novas maculas quo modo incutimus, & verbo ostenderet & exemplo.

h ¶ *Vt sit sancta & immaculata.* Si omnibus immaculata est, maculati ab ea alieni esse censentur, nisi nisi sum per penitentiam fuerint expurgati.

i ¶ *Ita viri debent diligere vxores suas vt corpora sua.* Item quales vxores cupiunt inuenire, tales exhibeant se vxoribus.

k ¶ *Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit.* Quia duo sunt in carne vna.

l ¶ *Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam.* Non vt ei labores & dolores infligat, sed vt securam faciat & quietam. Non nuptias damnat, sed ad continentiam cohortatur.

m ¶ *Sicut & Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius.* Membra eius eum debent in omnibus imitari.

n ¶ *De carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam.* Amore si non bono.

o ¶ *Et adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Obiectio ex persona carnalium volentium se amare carnaliter, vt quibusdam videtur.

p ¶ *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in ecclesia.* Ego hoc, inquit, in Christo intelligendum dico, & in ecclesia: vnde vos maiore affectu debetis vxores vestras sanctas diligere spirituales, qui ante dilexistis peccatrices, & in gentilitate carnales.

q ¶ *Veruntamen & vos singuli vnusquisque, &c.* Subiecta sit tanquam inferior vt regnetur.

CAPVT VI.

Filij obedite parentibus vestris in domino.] Parat illos disciplina, qua illos à parentibus secundum Deum præcepit erudiri.

f ¶ *Hoc enim iustum est.* Vt mutuam inuicem dilectionem exhibeatis.

r ¶ *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Iubet honorare parentes, sed bonos. Cæterum contra Deum viucentes, ipse etiam Moyses prohibuit agnosci.

u ¶ *Quod est mandatum primū.* In secunda tabula primum, quæ ad humanitatem pertinentia præcepta sex numero continebat. Prima enim tabula propriè officia exigebat.

x ¶ *In promissione: vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.* Non in hac terra in qua impij nunquam & in parentes scelerati senescunt, sed super terram illam quam dominus mitibus promittit, in qua iusti habitabunt, & cuius bona visuros esse se credunt.

y ¶ *Et vos patres nolite ad iracundiam pronocare filios vestros, sed docete eos in disciplina & correptione domini.* Siue in moderatione. Et non irrationabiliter verberando, siue ne eos ad sæcularia studia prouocantes iracundiam discere faciatis: sed diuinæ legis eos instituite disciplinis: talibus ergo parentibus præcepit obedire.

z ¶ *Serui obedite dominis carnalibus.* Non enim venit Christus condiciones mutare. Nam seruitium non natura dedit, sed captiuitas fecit, neq; ex maledicto Cham, vt quidam putat, cum ex eo reges legamus esse generatos. Maledictu illud in filijs Cham, impletum est, qui Israel sunt subiugati. Promittet sanè hic Apostolus, ne doctrina Dei in aliquo blasphemetur, si credentes serui sui dominis inuirtiles fiant. Et qui forte permiffurus erat, alios seruos fieri Christianos, de ipsis iam factis incipiat penitere. Si verò viderit eos in melius profecisse, & ex infidelibus fideles effectos, non solum alios optabit credere famulos suos, sed etiam ipse fortasse saluabitur.

CAPVT VI.

Filij obedite parentibus vestris in domino.

f ¶ *Hoc enim iustum est.* **r** ¶ *Honora patrem tuum & matrem tuam:* quod est mandatum primum **x** in promissione: vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. **y** ¶ *Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educeate illos in disciplina & correptione domini.* **z** ¶ *Serui obedite dominis carnalibus* **a** cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri **b** sicut Christo. **c** ¶ *Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes:* **d** sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, **e** cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus: **f** scientes quoniam vnusquisque quodcumq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber, **g** Et vos domini eadem facite

a ¶ *Cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri.* Cum omni obedientia & festinatione humilitatis, priori superbia & simulatione deposita.

b ¶ *Sicut in Christo.* Hoc in Christo fit, quicquid eius contemplatione hominibus exhibetur.

c ¶ *Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes.* Non timentes dominos tantum, quasi ipsis non Deo placere volentes.

d ¶ *Sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo.* In his quæ Dei non sunt contraria voluntati. In multis enim concordat cum lege naturali animus dominorum, quia seruos & fideles & sobrios & castos & humiles habere desiderant.

e ¶ *Cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus.* Non cum murmuratione, ne apud homines gratia, apud Deum mercede priuemini.

f ¶ *Scientes quoniam vnusquisque quodcumq; fecerit bonum, &c.* Quicquid propter dominum feceris, habebis ab ipso mercedem, nec te desperare faciat conditio seruitutis.

g ¶ *Et vos domini eadem facite illis.* Ne si fugerint, tuæ malitiæ incipias deputare, non legi. Hoc etiam paganus fecisset,

A

cillet, si aliter tractaretur præceptum, & tu audire de illo non vis quod iustum est?

a ¶ *Remittens minas, scientes quia illorum & vester dominus est, Minamini propter disciplinam, sed remittite propter misericordiam, & ut vobis à vestro domino remittatur, apud quem utique vnum estis, ut hereditas quæ promissa est, vna sit in vobis.*

b ¶ *De cætero fratres.] Generaliter epistolam exhortatione concludit.*

c ¶ *Confortamini in domino & in potentia virtutis eius.] Exemplo domini & virtute.*

d ¶ *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.] Contra spiritalia hostes spiritalia arma sumenda sunt, ut à dissimilitudine diaboli natura armorum fortitudine protegatur.*

e ¶ *Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.] Caro & sanguis homo dicitur.*

f ¶ *Sed aduersus principes & potestates.] Qui sibi principatum in huius mundi homines usurparunt: & qui ignorantes animas per peccata seducunt.*

g ¶ *Sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum.] Contra dæmonum potestatem, qui sibi in homines mundi huius potestatem capientes, ignorantie erroribus præsumunt, qui tenebris comparantur, sicut ipse ait. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.*

h ¶ *Contra spiritalia nequitie in caelestibus.] Sunt autem spiritalia bonitates in caelestibus in aëre, vbi volucres cæli appellantur.*

i ¶ *Propterea accipite armaturam Dei.] Quia tales habetis inimicos.*

k ¶ *Ut possitis resistere in die malo.] Non sibi malus est dies, sed nobis quando impugnamur à malo.*

l ¶ *Et in omnibus perfecti staret.] Non in aliquantibus perfectum vult hominem. Sed & hoc notandum, quod omnes ad perfectionem hortatur.*

m ¶ *State ergo succincti lumbos vestros.] Perfecte stete, lumbis mentis succincti, hoc est, in omni prælio præparati, & ab omnibus curis sæculi expediti.*

n ¶ *In veritate.] Non hypocriti: nemo enim coronatur, nisi qui legitime certauerit.*

o ¶ *Et indui lorica iustitia.] Sicut lorica multis circulis vel armillis intextitur, ita & iustitia diuersis virtutum connectitur speciebus. Monet autem non solum peccatoris conscientiam, sed & ventris continentiam, necnon & ad fornicationum vsque pertingit libidinem coercendam.*

p ¶ *Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis.] Cum fiducia incedentes intrepidè prædicare.*

q ¶ *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo posita omnia tela nequissimi ignea extinguere.] In omnibus certaminibus fide muniamur. Quia sicut scutum ipsorum quoque armorum defensio est, & sine hoc omnis armatus infernis est: ita & hæc virtutes sine fide saluare non possunt. Nam sicut scutum omnia iniecta repellit & recutit: ita & fides omnes diaboli persuasiones extinguit, quamuis quasi lumen rationis habere videantur.*

r ¶ *Et galeam salutis assumite.] Quæ omnes capitis sensus, à prauis officijs protegat & abscondat.*

s ¶ *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.] Nemo militum audeat ad bellum sine gladio proficisci: se enim utcumque tueri potest, sed hostem non valet occidere. Nonnunquam etiam ab audaci inimico perimitur, & armis omnibus expoliatur, ita sine Dei verbo, iustitia omnis intuta est.*

t ¶ *Per omnem orationem & obsecrationem.] Semper hunc gladium postulate.*

u ¶ *Orantes omni tempore in spiritu.] Non impediatis orare semper, & pro rebus spiritalibus deprecari.*

x ¶ *Et in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione.] Nihil enim prodest dormientis more latere corpore, & animo præguuari, dum in hac vanitate nec ab homine possit aliquid impetrari.*

y ¶ *Pro omnibus sanctis.] Sancti estote, ut possitis orare pro sanctis.*

z ¶ *Et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelij.] Ut abundanter & sine metu*

exponam persecutiones vel odia Iudæorum, muniti in Christi populi ratione.

a ¶ *Pro quo legatione fungor in catena ista, ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.] Omnis enim verbi legator, talia necesse est ut sustineat, sed verbum Dei non potest alligari: tunc enim maior fiducia erit si rationabiliter dicatur, & si abundanter exprimat ratione.*

b ¶ *Ut autem & vos sciatis quæ circa me sunt, &c.] Sollicitè agit, non solum ut proficiat, sed & ne in tribulationibus deficiat: vel ne in aliquo contristentur.*

c ¶ *Pax fratribus & charitas cum fide à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo.] Pax & charitas & fides, perfectum faciunt Christianum. Tamen sine fide instructuosa est charitas, sicut fides sine charitate vel pace. Charitas maior est pace. Potest enim odio non haberi quis, non tamen & amari.*

d ¶ *Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum, &c.] In quorum corde, ad ulterio remore per sæcularia Christi dilectio non violatur.*

C

D

Commentariorum in epistolam ad Ephesios finis.

COMMENTARIUM IN EPI-
STOLOM AD PHILIPPENSES.

CAPVT I.

PAULUS & TIMOTHEUS serui Iesu Christi.] Ambo serui, non ambo Apostoli. Omnis enim

Apostolus seruus, non omnis autem seruus Apostolus.

b ¶ Et omnibus sanctis in Christo Iesu, &c.] Quia nemo sine Christo sanctus est, & sanctis non omnibus. Philippensibus etiam paganis.

c ¶ Cum omnibus episcopis & diaconibus, &c.] Hic episcopos presbyteros intelligimus: non enim in vna vrbe plures episcopi esse possunt, sed etiam hoc in Apostolorum Actibus habetur.

d ¶ Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri.] Bonorum memoriam cum gratiarum actione celebrat.

e ¶ Semper in orationibus meis.] Ostendit circa eos dilectionem suam, pro quibus semper orat.

f ¶ Pro omnibus vobis.] Quia omnes tales estis.

g ¶ Cum gaudio deprecationem faciens.] Non in peccatis alicuius tristitia vel mœrore.

h ¶ Super communicatione vestra in euangelio.] Quia mihi communicatis in euangelio prædicando.

i ¶ A prima die vsque nunc.] Ab initio fidei vestra deprecor vt perseueretis: siue quod comunicatis ab initio prædicando.

k ¶ Confidens in hoc ipsum.] Cōfido me impetrare.

l ¶ Quia qui cepit in vobis opus bonum.] Cœpit doctrinam siue gratiam scientiæ largiendo.

m ¶ Perficiet.] Perficiendo quod docti fuerint vt doceant.

n ¶ Vsque in diem Iesu Christi.] Vsque ad diem, quo de corpore recedebat. Ex quo iam ad domini vnusquisque seruatur aduentum.

o ¶ Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis.] Charitas enim omnia sperat.

p ¶ Eo quod habeam vos in corde, &c.] Tantum vos diligo vt mihi memoriâ vestri, nec hæc tribulatio, nec sollicitudo defensionis auferat.

q ¶ Et confirmatione euangelij.] Confirmatio euangelij, est cōstitans tolerantia prædicantis.

r ¶ Socios gaudij mei omnes vos esse.] Hoc sentio de vobis & credo: quia sicut meæ tribulationis socij estis, ita eritis & gaudij sempiterni. Siue sic, scio vos ita euangelio credidisse, vt etiam in tribulationibus meis pro eius defensione mecum pariter gaudeatis.

s ¶ Testis enim mihi est Deus, &c.] Siue esse eius in visceribus, siue ita vos desidero tanquam viscera Christi.

t ¶ Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet.] Vt vos in eo quod habetis, amplius abundetis.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

CAPVT I.

PAULUS & TIMOTHEUS serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippi, cum episcopis & diaconibus. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo.

ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis cum gaudio, deprecationem faciens super communicatione vestra in euangelio Christi, à prima die vsque nunc, confidens in hoc ipsum: quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu.

Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus bonis, eo quod habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi.

Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis synceres & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei.

Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo, in omni pretorio, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus in Domino confidentes, in vinculis meis abundantius auferent sine timore verbum Dei loqui.

Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensione euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non syncere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per vestram orationem, & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam: quia in nullo confundar:

v ¶ In scientia & in omni sensu, &c.] Norandum quia facientibus adhuc scientiam deprecatur, vt synceres in omnibus esse valeant. Nemo enim æger an sanari possit agnoscit.

x ¶ Vt sitis synceres, &c.] Synceris materia est, quæ naturam suam seruat, nulla extrinsecus corruptione fucata, tale vinum semper in melius proficit non in peius.

y ¶ Repleti fructu iustitiæ, &c.] Non solum synceres ab omni corruptione sitis, sed etiam fructu iustitiæ abundetis, exemplo Christi: qui nō modo malitiam non habet, sed etiam bono re-dundat.

z ¶ In gloriam & laudem Dei.] Vt glorietur Deus in actibus vestris.

a ¶ Scire autem volo vos fratres, &c.] Hic consolatur eos de sua tribulatione: quia audierant eū vincētum in vrbe Roma custodiri.

b ¶ Magis ad profectum, &c.] Non solum non obsunt, sed etiam proferunt, dū manifestatur me nō pro aliquo crimine, sed pro Christo omnia sustinere.

c ¶ Vt plures, &c.] Plures mea tribulatione conitantes effecti sunt, quàm doctrina.

d ¶ Confidentes, &c.] Vinculorum meorum exemplo sunt incitati, dum me viderunt pro Christo libentissimè sustinere.

e ¶ Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem.] Dum mihi apud credentes gloriam auferre se putant, ne solus mihi vendicare videar sciētiam prædicandi.

f ¶ Quidam autem & propter bonam, &c.] Alij etiã alios saluare volētes, fideliter Christum annuntiant.

g ¶ Quidam ex charitate.] Quidam verò ex mea charitate adiuuant me euangelium defendendo.

h ¶ Scientes quoniam in defensione euangelij, &c.] Non humanæ dilectionis affectu, sed quia sciunt me à Domino ad defendendum euangelium ordinatum.

i ¶ Quidam autem ex, &c.] Alij dolore prædicant ad me grauadum, quasi plures discipulos facientem, & doctrina mea, totum orbem implere conātem, vt ex hoc saltem maior mihi cumuletur iniuria, vel pressura.

k ¶ Quid enim? dum omni modo, &c.] Odij vel inuidiæ.

l ¶ Siue per, &c.] Simplicis vel puræ prædicationis.

m ¶ Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, &c.] Non mihi cure est quæ prædicet mente, dummodo quod cupio, Christi tamen omnibus innotescat, & à multis credatur, Quapropter & modò gaudeo, & in futuro gaudebo.

n ¶ Scio enim quia hoc, &c.] Quod mihi nocere putant, in salutem proueniet: quia non solum per verbum & passionem meam, sed etiam per odium Christi ecclesia augmentatur.

o ¶ Et subministrationem spiritus Iesu Christi.] Quia ad meam per omnia salutem gubernati.

p ¶ Secundum expectationem & spem meam.] Quia de omnibus his expecto & spero mercedem.

q ¶ Quia in nullo confundar.] Neque in vita, neque in morte,

A

morte, neque in contumelijs, neque in opprobrijs, denique in nullo apostolus confundebatur. Nos in omnibus erubescimus, & in quo vituperamus ultra non facimus, quamuis secundum Deum ceperimus: unde ostendimus nos laudibus non Christo seruire. Apostolus non confundebatur in catenis, nos confundimur in opprobrijs.

a ¶ *Sed in omni fiducia, &c.* Nulla res me poterit deterere. b ¶ *Et nunc, &c.* Inimicis suis insultat, quod ei nocere non valeant. Si enim eum occiderint, martyrio coronabitur. Si seruaerint ad Christum annuntiant, plurimum facient fructum.

c ¶ *Sive per vitam, siue per mortem.* Et vita nostra & mors ad magnificentiam pertinet Christi. d ¶ *Mihienim, &c.* Non alia causa volui viuere nisi Christi, vt eius corpus edificem.

e ¶ *Et mori lucrum.* Corona. f ¶ *Quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est.* Si viuere in carne me voluerint, habeo tempus operandi.

g ¶ *Et quid eligam, &c.* Intantum mihi vtraque conueniunt, vt quid eligam scire non possim.

h ¶ *Desiderium habens dissolui & esse cum, &c.* Illud melius mihi, istud necessarium vobis. Et mortem illos non timere, sed diligere debere eos, suo demōstrat exemplo, & vtrō contristentur, mansurum se carne spiritu prophético promittit.

i ¶ *Et hoc confidens scio quia manebo.* Non solum credo, sed etiam certissime noui.

k ¶ *Et permanebo omnibus vobis.* Non mihi id esse, non mei causa.

l ¶ *Ad profectum vestrum, &c.* Profectum de fructu fidei vestrae & gaudium habeatis, siue gaudeatis: quia vestra me fides & oratio conseruauit.

m ¶ *Vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu, &c.* Vt postquam viderim vos, iterum abundantius gratulemini.

n ¶ *Tantum digni, &c.* Omnia eius praecepta seruantes, siue digni euangelij praedicatoribus conseruare debetis.

o ¶ *Vt siue cum venero & videro vos.* Sicut legimus: quia erat eis cor vnum & anima vna, nec quisquam suum dicebat: sed erant illis omnia communia.

p ¶ *Vnanimiter collaborantes fidei euangelij.* Omnis pugna vnanimiter aggressa victoriam parit.

q ¶ *Et in nullo terreamini, &c.* Neque verus disputationibus, nec passionibus opprobrijsque turbemini. Quia vobis magis ad mercedem possunt prodelle. Sicut Apostoli ibant gaudentes: quia pro nomine Domini digni habitis sunt contumeliam pati.

r ¶ *Et hoc à Deo, &c.* Quia vult vos coronari probatos, sicut Iob permittitur tentari. Quia nec vinci habebat, & eius gloria amplianda erat aduersario superato atque confuso.

s ¶ *Vt non solum, &c.* Occasio fidei à Deo donata est: quia si non venisset Christus & docuisset, non vti que erederemus. Ceterum & fidem voluntariam in actibus legimus: non solum ergo vult vt fidei meritum, sed etiam vt martyrij praemium habeatis: dum vos tentari Deus patitur vt vincatis.

t ¶ *Idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.* Nihil nouum patimini, sed hoc quod praesentes vidistis in me, & nunc absentes de me audistis. Non

fundar: a sed in omni fiducia sicut semper, b & nunc magnificabitur Christus in corpore meo: c siue per vitam, siue per mortem. d Mihi enim viuere Christus est, e & mori lucrum. f Quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est: g & quid eligam, ignoro: coartor autem è duobus, h desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. i Et hoc confidens scio, quia manebo k & permanebo omnibus vobis l ad profectum vestrum & gaudium fidei: m vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. n Tantum dignè euangelio Christi conuersermini, o vt siue cum venero & videro vos, siue absens audiam de vobis: quia statis in vno spiritu p vnanimiter, collaborantis fidei euangelij: q & in nullo terreamini ab aduersarijs, quae est illis causa perditionis: vobis autem salutis. r Et hoc à Deo. Quia vobis donatum est pro Christo: s non solum, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini: t idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

CAPVT II.

Si qua ergo consolatio in Christo, x si quod solatium charitatis, y si qua societas spiritus: z si qua viscera miserationis. a implete gaudium meum: b vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimiter id ipsum sentientes. c Nihil per contentionem neque per inanem gloriam, d sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes: e non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea quae aliorum. f Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu. g Qui cum in forma Dei esset, h non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanauit, i formam serui accipiens, k in similitudinem hominum factus, l & habitum inuentus vt homo: m humiliavit semetipsum, factus obediens vsque

naturaliter possidebat: Et exinanauit se, non substantiam euans, sed honorem declinans, formam serui, hoc est, naturam hominis induendo, & per omnia homo tantum modo atque humilitatis suae obedientiae nec crucis mortem recusando. Quod in Christo Iesu, secundum quod vnctus est, Christus est, Iesus nomen accepit: hoc est secundum hominem. g ¶ *Qui cum in forma Dei esset.* In qua erat, siue quia absque peccato erat, ad imaginem Dei scilicet. h ¶ *Non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo, &c.* Quod erat humilitate, celauit, dans nobis exemplum ne in his gloriemur quae forsitan non habemus.

i ¶ *Formam serui accipiens.* Ita vt etiam pedes lauaret discipulorum.

k ¶ *In similitudinem hominum factus.* Interdum similitudo recipit veritatem: nam genuit Adam filium secundum imaginem & similitudinem suam, & vocauit nomen eius Seth. In similitudine humana humilitate seruiedo, cum omnium dominus esset.

l ¶ *Et habitum inuentus vt homo.* Hoc vt verum sit, sicut quasi vngenti à patre, ita intelligendum.

m ¶ *Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem.* Vt nobis perfectae obedientiae monstraret exemplum.

a ¶ *Mortem*

fit ergo illud vobis indignum in quo nos conspexistis gloriam. CAPVT II. Si in omnibus tribulatione ab ipso solo consolamini, non sit vestra consolatio patrimonium terrenum.

x ¶ *Si quod solatium charitatis.* Charitas Christi, non amicorum.

y ¶ *Si qua societas spiritus.* Spiritualium, non carnalium.

z ¶ *Si qua, &c.* Vestri miseremini potius quam parentum.

a ¶ *Implete gaudium meum.* Quod iam habeo ex parte, in talibus enim doctor exultat. Aliter, si qua mihi à vobis consolatio exhibetur Christo, & si quod solatium charitatis: si qua vos societas spiritus conuenit, & si qua sint apud vos viscera pietatis, hoc mihi praestate, quod rogo, vt gaudium nostrum vnitate & electionis impleatis.

b ¶ *Vt idem sapiatis, eandem charitatem, &c.* Nolite charitatem scindere, sentiendo diuersa.

c ¶ *Nihil per contentionem, &c.* Ne aliquid non Dei emulatione faciat, sed vt quisque alius videatur.

d ¶ *Sed in omni humilitate superiores sibi inuicem arbitantes.* Si omnes à quibus iniuriam patimur, superiores arbitramur, facile patientiam seruaremus. Nemo enim à patre vel à domino aegre se fert iniuriam consecutum.

e ¶ *Non quae sua sunt singuli considerantes, sed quae aliorum.* Non quae nobis solis expediunt, sed quae & alijs profunt.

f ¶ *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Vult ostendere Christum, non pro se, sed pro alijs passum: siue tam humilis sensus sit in vobis quam fuit in Christo. Multi praeter ea hunc locum ita intelligunt, quod secundum diuinitatem se humiliauerit Christus, secundum quam aequam aequalitate Dei, non rapinam vsurpauerit, quam

D. HIERON
TOM. VII. 78

A. 4. f.

A. 3. f.

G

H

Hebr. 10. d.

B

a ¶ *Mortem autem crucis.*] Quia nulla mors potest esse dete-

rior. *b* ¶ *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen.*]

Quia se assumptus homo humiliare dignatus est, diuinitas

quæ humiliari non potest, cum qui humiliatus fuerat exal-

tauit. Sed & illi donatum est

nomen, quia ante non habuit:

vnde rectius locus hic secundum

humanam naturam intel-

ligendus est quam diuinam. Si

ergo nos ex alto respicimus ex-

emplo Christi fratribus seruiamus.

Si enim ille Dominus & magister,

seruis & discipulis ministravit,

quanto magis nos aequalibus & maioribus seruire

debemus, & Deo & sanctis eius

vsque ad mortem etiam obedire:

ne magistram humilem, superbi discipuli non sequamur:

& Dominum imitem, serui con-

temnamus ingrati.

c ¶ *Quod est super omne nomen.*]

Cui enim angelotum dixit, filius

meus est tu?

d ¶ *Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium.*]

Ut omnes simul homines adorent cum verbo assum-

ptum.

e ¶ *Et infernorum.*]

Hic infernorum custodes inducit.

f ¶ *Et omnis lingua confiteatur.*]

Omnium gentium scilicet.

g ¶ *Quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.*]

Hoc est in natura & gloria deitatis,

dum eiusdem est gloria, cuius pater.

h ¶ *Itaque charissimi mei, sicut semper obedistis.*]

Exemplo eius qui vsque ad mortem obedi-

uit.

i ¶ *Non in praesentia mei tantum.*]

Quali serui ad oculum seruientes.

k ¶ *Sed multo magis nunc in absentia mea.*]

Quia si quid me praesente liberius agebatis, cor-

rigere poteram.

l ¶ *Cum metu & tremore salutem vestram operamini.*]

Non cum negligetia, sed sicut ait Iob:

Verebar omnia opera mea propter Deum,

sciens quod non parceres delinquenti. Et super humilem & quietum & trem-

mentem verba Dei Spiritus sanctus requiescit.

m ¶ *Deus est enim qui operatur in vobis & velle & proficere.*]

Velle operatur suadendo, & praemia promittendo. Qui perue-

nerit vsque in finem, hic saluus erit. Caeterum proficere nostrum omnino nec velle, quiquam est: quia vtrunque eius-

Dei genus in genere humano, sicut sol & luna illuminant

mundum. t ¶ *Verbum vitae continentes.*]

Ut per vos illuminentur & exemplo confirmentur.

v ¶ *Ad gloriam meam.*]

Gloria patris filiorum est, vt ait Salomon.

x ¶ *In die Christi.*]

In die iudicij.

y ¶ *Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.*]

Qui talem Deo populum acquisiui.

z ¶ *Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestrae, gaudeo & congratulor omnibus vobis.*]

Etiam si occidar, quia sacrificium & obsequium fidei vestrae obtuli Deo, vixit

profectus vestri gaudium, tristitiam pœnæ vel mortis: siue iam non timeo mori, sacrificio fidei vestrae consummato,

siue quia vestrae fidei ministravi.

a ¶ *Id ipsum autem & vos congaudete & congratulamini mihi.*]

Quia mihi grande praemium est pro vobis occidi, siue quia

mihî expedit solui.

b ¶ *Spero autem in Domino Iesu Timotheum me cito mittere ad vos.*]

Dat exemplū non temerè quid definiendi, sed omnia spe Domini promittendi.

c ¶ *Ut & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.*]

Ut sciat quia vos meæ passiones minime terruerunt.

d ¶ *Neminem enim habeo tam vnanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit.*]

Qui ita mecum pro omnium vestram salute sollicitus sit.

e ¶ *Omnes enim quæ suæ sunt querunt.*]

Commodum vel quietem, nolentes pro anima tribulari.

f ¶ *Non qua Iesu Christi.*]

Non curantes de corpore vel exemplo Christi, qui pro omnium salute mori minime recusat.

g ¶ *Experimentum eius cognoscite.*]

Ut qualis sit noueritis.

h ¶ *Quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio.*]

Secundum hominem, propter homines factus obediens vsque ad mortem.

i ¶ *Huc igitur spero me mittere ad vos mox vt video quæ circa me.*]

Modò enim incertus sum.

k ¶ *Confido autem in Domino: quoniam & ipse veniam ad vos cito.*]

Non solum istum mitto quem vnicum habeo solatum.

l ¶ *Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem.*]

Necessarium vobis & cooperatorem propter euangelij opus.

m ¶ *Et commilitonem meum, vestram autem apostolum.*]

Commilito propter honorem, quia & ipse acceperat in istis apostolatus officium.

n ¶ *Et ministri necessitatis meæ mittere ad vos.*]

Quia venit meæ necessitati ministrare pro nobis.

o ¶ *Quoniam quidem omnes vos, &c.*]

Charitatem eius circa illos sollicita commendat, vt & ipse ab eis amplius diligitur.

p ¶ *Et mœstus erat propterea quod audieratis infirmatum.*]

Tristitia vestra causa mœstus erat, eo quòd vos per infirmitatis sue nuncium paueret nimium contristatos.

q ¶ *Nam & infirmatus est vsque ad mortem, sed Deus mi-*

seruus

A

ferus est eius.] Ut maiorem docendo colligat fructum.
 a ¶ Non solum autem eius, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.] Ne tristitiam carceris tristitia defolationis augetet.
 b ¶ Festinantius ergo misi illum, vt viso illo iterum gaudeat. ¶ Pro cuius noui vos absentia contristari.
 c ¶ Et ego sine tristitia sim.] Quam mihi vestra tristitia generat.
 d ¶ Excipite itaque illum cum omnigaudio in Domino.] Soluentes si quem scrupulum de eius tarditate animus forte susceperat.
 e ¶ Ereijsmodi cum honore habetote.] Non solum huc qui talis gratia sunt honorate.
 f ¶ Quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit.] Qui mihi non timuit in carcere ministrare.
 g ¶ Tradens animam suam.] In manus inimicorum, hoc est, paratus ad mortem.
 h ¶ Ut impleat id quod ex vobis deorat erga meum obsequium.] Ut reliquum vestrum erga me solus impleat obsequium.

CAPVT III.

B

DE cetero fratres mei gaudete in Domino.] Non in rebus humanis, vel in aliquo praterquam in Domino gaudeatis.
 k ¶ Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum.] Eadem repetere quae praesens dixeram.
 l ¶ Vobis autem necessarium.] Sicut hortor crebrius irrigari.
 m ¶ Videte canes.] Hic contra pseudoapostolos ait Christi euangelium lacerantes.
 n ¶ Videte malos operarios.] Qui quod nos bene construximus, destruere conantur.
 o ¶ Videte concisionem.] Concisio enim potius quam circumcisio sunt dicendi.
 p ¶ Nos enim sumus circumciso qui spiritu seruiamus Deo.] Nos lumus viti Iudaei, qui non vnus membri pellem, sed totius carnis vitia amputamus, spiritualiter scilicet circumcisi.
 q ¶ Et gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.] In sola fide Christi, non in circumcissione carnali.
 r ¶ Quoniam & ego habeam confidentiam in carne.] Ne quis putet me hoc ideo dicere: quia ego gloriandi causam non habeam, & iccirco non glorier.
 s ¶ Si quis alius videtur considerare in carne, ego magis circumcissus octauo die ex genere Israel.] Quia ex illis forte aliqui erant profelyti, ego secundum genus non post annos, vt aliqui peregrini.
 t ¶ De tribu Benjamin.] Quae semper cum Iuda coniuncta fuit.
 v ¶ Hebraeus ex Hebraeis.] Non ex gentibus profelytus.
 x ¶ Secundum legem pharisaeus.] Legisperitus vel diuisus a turba, qui non possem posse quo probarem.
 y ¶ Secundum emulationem persequens ecclesiam Dei.] Tantam habui emulationem, vt nescius etiam ecclesiam insectarer.

z ¶ Secundum iustitiam qua in lege est.] Primus fuit in omnibus in quibus illo falso gloriantur: sed quia hoc tempore illa non valere cognoui, ideo illa nullius duco momenti, & tanquam impedimenta proijcio, quibus me vitam acquirere posse putabam.

¶ Non solum autem eius, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. ¶ Festinantius ergo misi illum, vt viso illo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. ¶ Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & eiusmodi cum honore habetote: ¶ quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit, & tradens animam suam, vt impleat id quod ex vobis deorat erga meum obsequium.

CAPVT III.

DE cetero fratres mei gaudete in Domino, eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circumciso, qui spiritu seruiamus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quoniam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur considerare in carne, ego magis circumcissus octauo die ex genere Israel de tribu Benjamin, Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem pharisaeus, secundum emulationem persequens ecclesiam Dei: secundum iustitiam qua in lege est conuersatus sine querela. Sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt sterco. ¶ Stercora ciborum sunt reliquia, & quondam rerum vitium purgamenta.

d ¶ Ut Christum lucrifaciam: vt & inueniar in illo.] Ut Christum habeam caput, & eius inueniar membrum.
 e ¶ Non habens meam iustitiam qua ex lege est.] Hoc est, meo labore qualitatem.
 f ¶ Sed illam qua ex fide est Christi Iesu, quae ex Deo est iustitia in fide.] Sed illam quae a Deo proprie & sola fide collata est Christianis.
 g ¶ Ad cognoscendum illum.] Ut beneficium eius perfecte cognoscam.
 h ¶ Et virtutem resurrectionis eius.] Quia ideo surrexit, vt nos similiter resurgamus. Qui autem hoc verè cognoscit, satis agit, si omnino non peccet.
 i ¶ Et societatem passionis illius, configuratus morti eius.] Si enim comparimur & conuini-mus.
 k ¶ Si quo modo occurram ad resurrectionem, quae est ex mortuis.] Ad illam quae perfectiorum est proprie, non ad illam quam etiam inuitos habere necesse est.

¶ Non quod iam acceperim.] Quia mundi nondum finis aduenit, sed in spe est quod credimus, non in re.
 m ¶ Aut iam perfectus sum.] Adhuc ait se de perfectione hac & de tali resurrectione suspensum.
 n ¶ Sequor autem si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu.] Si comprehendam meritum apostolatus, in quo apostolatus a Christo sum comprehensus.
 o ¶ Fratres ego me non arbitror comprehensisse.] Se humiliando, omnibus gloriam tollit, & vniuersos prouocat ad perfectionem.
 p ¶ Vnum autem, quae quidem retrosum obliuiscens, ad ea quae sunt priora extendens me ipsum.] Hoc solum scio, quia quotidie proficio, & prateriterum laborem non computans, ad priora festino: siue legis obliuiscens ad perfecta euangelij praecepta me tenco.

a ¶ Ad

D. HIERON
TOM. VII. 78

CAPVT III.

a ¶ Ad destinatum persequor brauium supernae uocationis Dei in Christo Iesu. Quod perfectis Deus promisit in Christo in caelis, quod non nisi uincentes accipient.

b ¶ Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Quomodo negat se esse perfectum, si alij sunt, nisi humilitatis gratia hoc dictum accipias? Quicumque perfectus est hoc sentiat, vetera scilicet obliuiscendo, & noua sectando: quia perfecti debent esse discipuli Christi: licet superius de perfectione praemij, hic uero de scientia sit locutus.

c ¶ Si quid aliter sapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Si quid alij Deus reuelauit: Aliter inquit non aliud, hoc est, alia assertionone, non fide.

d ¶ Veruntamen ad quod peruenimus. Ad perfectionem noui testamenti.

e ¶ Vt idem sapiamus. Idem sit, aliter scilicet alter non astruat.

f ¶ Et in eadem permanamus regula. Non enim scire sufficit sine facto.

g ¶ Imitatores mei estote fratres. Me sequimini, non falsos apostolos.

h ¶ Et obseruate eos qui ita ambulat, sicut habetis formam nostram. Dupliciter dicitur obseruare, uel ad imitandum, ut hic: uel ad cauendum, sicut ad Romanos ait: Obseruate eos qui dissensiones & offensacula faciunt.

i ¶ Multi enim ambulant: quos saepe dicebam uobis. De his dicit qui spem passionis Christi per quam peccata dimissa sunt auferentes, in lege ceremonias collocabant. Potest & de Iouinianistudij accipi, qui ieiuniorum afflictionem & omnem corporis cruciatum, in luxuriam & epulas conuerterit.

k ¶ Nunc autem & stens dico inimicos crucis Christi. Notandum quod uero effectu, omnium salutem optauerit, qui etiam inimicos crucis Christi desolebat, uel in interitum proferentes.

l ¶ Quorum finis est interitus. Quia in corruptione seminant carnis.

m ¶ Quorum Deus uenter est. Qui se in hoc putant Deo seruire, si comedant, non audientes prophetam dicentem: Si manducaueritis & biberitis, nonne uos manducatis & biberitis.

n ¶ Et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. In circumsione uere cuncti membri.

o ¶ Nostra autem conuersatio in caelis est. Hoc non potest dicere terrenis uitijs mancipatus.

p ¶ Vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum. Qui caput est nostrum.

q ¶ Qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Sicut monstrauit in monte, cum unum ex uiuentibus & unum ex mortuis, claritatis suae corpori configurat: exemplum resurrectionis ostendens & in mortuis & in uiuentibus.

r ¶ Secundum operationem quae posuit sibi subijcere omnia. Quia non solum confirmauit nos, sed etiam corpori suo omnia fecit esse subiecta, siue secundum sententiam qua sibi cuncta subiecit, etiam hoc illi possibile est.

Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi. Quia perfectiores.

t ¶ Gaudium meum & corona mea. Per uos in praesentia laetifico, & in futuro coronabor.

v ¶ Sic stete in Domino charissimi. In sola Christi fide, ut superius comprehendi, spem ponentes, & in conuersatione celesti.

x ¶ Euodiam rogo & Syntychem deprecor id ipsum sapere in Domino. Quod dicit, id est, una mecum haec mulieres scientes erant legis: qua similiter ut istas eadem sentire commemorat & hortatur.

y ¶ Etiam rogo & te Germane compar. Germanus dictus est nomine, qui egerat compar officij.

z ¶ Adiua illas quae mecum laborauerunt in euangelio. Non uiros, sed feminas, quae erant docentes, non in ecclesia, sed in domo.

a ¶ Cum Clemente & caeteris adiutoribus meis. Clemens ex philosopho magna doctrinae uir, qui Romae episcopus fuit.

b ¶ Quorum nomina sunt in libro uita. Ne molestè ferrent sua nomina in hac epistola comprehensa, scripta esse dicit in caelis. Huius libri etiam Moyses & Dauid meminit, & Dominus in Euangelio.

c ¶ Gaudere in Domino semper. Quia saeculi gaudium non habetis.

d ¶ Iterum dico gaudere. Repeit, ut magis ac magis gaudium confirmetur.

e ¶ Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Iudeis & gentibus omnibus, qui uos tribulant & persequuntur.

f ¶ Dominus enim prope est. Scit quid opus sit antequam peccatis ab eo, siue de congruentibus cogitationibus, sollicitudinem gerite: quam enim Dominus uobis prope sit, optime nouistis, se eundem illud. Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde.

g ¶ Nihil solliciti sitis. Nolite cogitare quid manducetis aut quid induamini, haec omnia gentes inquirunt.

h ¶ Sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones uestrae innotescant apud Deum. Non cum murmuratione, aut tristitia: tunc potest oratio uestra digna esse auribus saluatoris, si pro omnibus quae patimini gratias referatis, sicut Apostoli faciebant.

i ¶ Et pax Dei quae exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias uestras in Christo Iesu. Qua malos sustinet & ingratos. Christi pax, qua pro suis persecutoribus exorabat, si recogitemus, omnem mentem superat & inclinatur. Haec ergo pax corda & intelligentias uestras exemplo Christi custodiat.

k ¶ De caetero fratres. Ad extremum ut omnia breuiter comprehendam.

l ¶ Quaecunque sunt uera. Permanenda.

m ¶ Quaecunque pudica, quaecunque iusta, quaecunque sancta.

Eph. 33. d.

A

sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bona fama.] Quia omnis natura humana nouit diligenter amare quod bonum est.

a ¶ Si qua virtus, si qua laus discipline, hac cogitate que & didicistis & accepistis & audistis & vidistis in me.] Virtus tolerantiae siue laus conuersationis, & reliqua bona, quae & didicistis verbo, & accepistis exemplo, & audistis auribus, & vidistis oculis, hac tandum modo cogitate.

b ¶ Hac agite.] Non enim sola sine actu sufficit cogitatio. Hac posteriora, illa explanant superiora.

c ¶ Et Deus pacis erit vobiscum.] Si hac non modo cogitetis, sed etiam faciatis.

d ¶ Gaudium autem sum in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando resoruisistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis.] Iterum florem boni operis recepistis, qui mei immemores occupatione non voluntate arefacti, fueratis effecti.

e ¶ Non quasi propter penuriam dico.] Non propter meam inopiam, sed propter vestrum fructum dico me esse gaudium.

f ¶ Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse.] A Christo omnia aequanimiter ferre sum edoctus.

B

g ¶ Scio & humiliari, scio & abundare. Vbi que & in omnibus insitutus sum, & satiari & esurire & abundare & penuriam pati.] Ut nec abundantia extollar, nec frangar inopia.

h ¶ Omnia possum in eo qui me confortat.] Dans intelligentiam, vel sua doctrina confirmat.

i ¶ Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi meae.] Non enim debuit mea inopia vestram impedire mercedem.

k ¶ Scitis autem & vos Philipenses, quod in principio Euangelij quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit.] Quando profectus sum, scitis quia vos solos a quibus sumptus accepimus, elegimus, fideliores

vos omnibus iudicantes.

l ¶ In ratione, dati & accepti nisi vos soli.] Dantes carnalia, spiritualia accepistis.

m ¶ Quia & Thessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis: non quia quero datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra.] Abundans fructus orationis est, cum sanctis etiam absentibus ministratur.

n ¶ Habeo autem omnia & abundo. Repletus sum exceptis ab Epaphrodito que misistis.] Prouocat eos laudando & gratias referendo.

o ¶ In odorem suauitatis.] Odor suauitatis, non in re oblata, sed in mentis deuotione consistit, sicut sacrificium Noe Deus describitur odoratus, cum ipse dicat nec carnibus nec animalium sanguine se delectari.

p ¶ Hostiam acceptam placentem Deo.] Notandum quod eleemosyna hostia appellatur, quae sicut ad sanctis oblata, accepta est, ita eorum qui in peccatis durauerint, reprobatur.

q ¶ Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in saecula saeculorum, Amen.] Quia ut perfecti alia desiderate non poterant, nisi quae sunt secundum diuitias Dei non saeculi, & quae ad gloriam pertinent Christi.

r ¶ Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres.] Erant enim omnes sancti quos saluere iubet, & omnes praecipit salutari, sicut & in omnibus epistolis facit, & proculdubio verum dixisse credendus est. Si verè sancti erant, peccatores utique non erant: & quia non peccatores sed sancti erant, tam poterant esse quod erant, quam poterant non esse quod non erant. Igitur sanctos homines hac ratione esse possibile est.

s ¶ Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Caesaris domo sunt.] Qui sunt nuper de Caesaris domo conuersi.

IN

stolis facit, & proculdubio verum dixisse credendus est. Si verè sancti erant, peccatores utique non erant: & quia non peccatores sed sancti erant, tam poterant esse quod erant, quam poterant non esse quod non erant. Igitur sanctos homines hac ratione esse possibile est.

C

Gen 8. d. E. 1. c.

D

Commentariorum in epistolam ad Philipenses finis.



D. HIERON
T. M. 7. 8

COMMENTARII IN EPI-
STOLAM AD CO-
LOSSENSES.

CAPVT I.

Aulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: Gratia vobis & pax à Deo patre nostro. Et Christo Iesu Domino nostro.

b ¶ Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctis omnibus. Sine exceptione personarum vel notitiæ, solum diligentis in omnibus sanctitatem.

c ¶ Propter spem, quæ reposita est vobis in calis: quam audistis in verbo veritatis euangelij quod peruenit ad vos. Non propter hominum laudem, sed propter vitam æternam, quæ in Christo est.

d ¶ Sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat. Aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, secundum parabolam seminantis.

e ¶ Et crescit. In numero vel virtute.

f ¶ Sicut in vobis, ex ea de qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate. Qui eius beneficia malis actibus non euacuant.

g ¶ Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conserto nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu. Fideliter pro vobis in oratione incumbens, ministerium Christi exhibet voluntate.

h ¶ Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. Quam habetis in spiritualibus charitatem.

i ¶ Ideo & nos ex qua die audiimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali. Quia eam aliter facere non potestis: quod propheta intelligens dicebat ad Deum: Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

k ¶ Vt ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei. Bene ille Deo ambulat, qui ei per omnia placet, hoc est, vt in opere bono cum scientia Dei fructificet. Simul exposuit quod frequenter obscure dicebat, hoc est, quomodo Deus det velle vel adiuet & confirmet: docendo scilicet sapientiam, & intellectum gratiarum tribuendo, non libertatem arbitrij auferendo: sicut etiam in presenti orat vt impleantur agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali, quo possint dignè Deo per omnia ambulare.

IN EPISTOLAM AD
COLLOSSENSES.

CAPVT I.

R

Aulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: Gratia vobis & pax à Deo patre nostro. ¶ Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctis omnibus, propter spem, quæ reposita est vobis in calis: quam audistis in verbo veritatis euangelij quod peruenit ad vos: sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat & crescit sicut in vobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiã Dei in veritate: sicut didicistis ab Epaphra charissimo conserto nostro: qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu. ¶ Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. ¶ Ideo & nos ex qua die audiimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali: vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia & longanimitate cum gaudio, gratias agentes Deo & patri: qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine. ¶ Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis sue, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. ¶ Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creatura: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in calis & in terra, visibilia inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. ¶ Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. ¶ Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. ¶ Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in calis, siue quæ in terris sunt. ¶ Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem

tiis, gratia fuit ex parte. In Christo autem tota diuinitas habitauit corporaliter, quasi si dicas summaliter.

d ¶ Et per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius. Per quem sunt homines emundati.

e ¶ Siue quæ in calis, siue quæ in terris sunt. Terrenam celestibus, quæ ab eis per cõtrarietatem vitæ fuerant separata. Vnde orare docemur, vt volũtas Dei quemadmodum celebratur in calis, ita fiat & in terris.

f ¶ Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis

eius

n ¶ In omni patientia & longanimitate cum gaudio. Ibi est vera longanimitas & patientia, vbi aliquis gaudet etiam sustinere quod patitur.

o ¶ Gratias agentes Deo & patri: qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Plus vocatio lætificet, quam affligat tristitia passionum. Cognominat sortem sanctorum, sortem hereditatis, sicut etiam scriptura commemorat: quia Iesus terrã diuisit in sorte.

p ¶ Qui eripuit nos de potestate tenebrarum. Ab ignorantia vel errore.

q ¶ Et transtulit in regnum filij dilectionis sue. De regno erroris & mortis, quo & dilecti & filij fieremus.

r ¶ In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Redemptis fide, per baptismũ peccata dimisit.

s ¶ Qui est imago Dei inuisibilis. Secundum epistolam ad Hebræos.

t ¶ Primogenitus omnis creatura. Primogenitus secundum assumpti hominis formam, non tempore, sed honore: iuxta illud: Filius meus primogenitus Israel.

v ¶ Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in calis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Id contra Manichæos facit.

x ¶ Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. In ipsi creatura sunt potestate.

y ¶ Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Dum per ipsum substituit.

z ¶ Et ipse est caput corporis ecclesiæ. Quia omnes credentes eius membra sunt,

a ¶ Qui est principium primogenitus ex mortuis. Incorruptibilis gloria.

b ¶ Vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Tam inuisibilibus, quam in inuisibilibus creaturis.

c ¶ Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare. In alijs, hoc est, in Apostolis, Patriarchis, vel Prophetis.

G

Io. 1. 2.

H

Exod. 4. f.

A

eius per mortem.] Quae fuerint inimicitiae, euidentiſſimè declarauit.

a ¶ Exhibere vos ſanctos.] Ne eius beneficium irritum facientes, ſitis iterum inimici.

b ¶ Et immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo.] Vide ſi ſciebat ſe impoſſibilia præcepiſſe.

c ¶ Si tamen permanetis in fide fundati, & ſtabiles & immobiles.] Tunc poteritis immaculati eſſe, ſi hominū vos exempla minimè decipiant, ſed firmiter futura credatis.

d ¶ A ſpe euangelij quod audiftis.] Spem euangelij, contra euangelium uiuentes ſperare non poſſunt.

e ¶ Quod predicatum eſt in vniuerſa creatura, qua ſub celo eſt.] Rationabili ſcilicet. Notandum ſane quomodo omnem creaturam, homines ſolos nominauit.

f ¶ Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus pro uobis.] Pro alijs patitur: quia pro ipſo ante paſſus eſt Chriſtus.

g ¶ Et adimpleo ea qua deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt eccleſia. Cuius factus, &c.] Vſque adeo præſentibus non terrore perfectionibus, ut mihi paruum eſſe videatur quod patior, quoaduſque in me paſſio impleatur, ſicut ad Hebræos dicit: *Ut non fatigemini animis ueſtris deficientes, nondum enim uſque ad ſanguinem reſtiſtiſtis.*

h ¶ Secundum diſpenſationem Dei, qua data eſt mihi in uobis: ut impleam uerbum Dei, myſterium quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus.] Doctrinæ euangelicæ, quam uobis gentibus iuſſus ſum erogare.

i ¶ Nunc autem maſtſtatum eſt ſanctis eius, quibus uoluit Deus.] Tempore quo uoluit gentes uocare, quibus uoluit ſanctis aperuit ſacramentum.

k ¶ Notas facere diuitias gloria ſacramenti huius in gentibus.] Quia idem dominus omnium diues, in omnes qui inuocant illum.

l ¶ Quod eſt Chriſtus in uobis ſpes gloria, quem nos annuntiamus, corripientes, &c.] Iudæum & Græcum, ſeruum & liberum. Simul attende quòd omnes ſapientiam doceat.

m ¶ Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu, in qua laboro, &c.] Notandum quòd omnes conetur exhibere perfectos.

CAPVT II.

Volo enim uos ſcire qualem ſollicitudinem habeo pro uobis, & pro his qui ſunt Laodiceæ, &c.] Qui ſi me uidiſſent, & charitatem meam erga ſe & diuitias myſterij plenius cognouiſſent, maiorem præſtiſſent affectum, & abundantiam rationis à me, quam ab ipſo Chriſto didici docerentur, & per hæc conſolationem fuiſſent conſecuti.

o ¶ In quo ſunt omnes theſauri ſapientie & ſcientie.] Qui

langebant in literis legis, ſicut Eſaias ait: *In theſauris ſalus noſtra uenit.*

p ¶ Abſconditi.] Qui Moyſerant uelamine contècti.

q ¶ Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in ſublimitate ſermonum.] Idcirco melius fuiſſet, ut ego

mortem a exhibere uos ſanctos b & immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo. c Si tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles & immobiles d à ſpe euangelij quod audiftis, e quod predicatū eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub celo eſt. f Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus pro uobis, g & impleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter h ſecundum diſpenſationem Dei, qua data eſt mihi in uobis: ut impleam uerbum Dei, myſterium quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus: i nunc autem maſtſtatum eſt ſanctis eius, quibus uoluit Deus k notas facere diuitias gloria ſacramenti huius in gentibus, l quod eſt Chriſtus in uobis ſpes gloria, quem nos annuntiamus, corripientes omnē hominem, & docentes in omni ſapientia, m ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu, in quo & laboro, certando ſecundum operationem eius quam operatur in me in uirtute.

præſens inſtruerem: ſed tamen breuiter omnem ſapientiam in ipſo eſſe complexam: ut ſenſum uel ſermonē philoſophiæ quæ contra illum eſt, non ſolum non timeatis, ſed etiā ſtultitiæ deputetis.

r ¶ Nam & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu uobis ſum, &c.] Habebant hanc gratiam Apoſtoli, ut alibi poſiti, quid alibi ageretur, agnoſcerent: ſicut Helilai ſpiritus cum Giezi fuit in uia. 4. Reg. 5. 8. Supplens id quod eſt de uilitate ueſtrae fidei, uel impleo quod præſentia implere non poſſum.

s ¶ Sicut ergo accepiftis Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, in ipſo ambulate.] Exemplum Chriſti in uobis ſufficit ad uitam, etiam ſi aliquid interim minus ſcientiæ habetis.

t ¶ Radicati & ſuperedificati in ipſo.] Secundum robur fundamenti, validum adificium ſupercreſcit.

v ¶ Et confirmati in fide, ſicut & didiciſtis, abundantes in illo gratiarum actione.] Semper creſcentes in illo, & pro omnibus beneficijs eius gratias referentes.

x ¶ Videte ne quis uos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, &c.] Contra philoſophos ait, quorum omnis penè diſputatio de elementis eſt, & de uilibilibus creaturis, & ex rebus naturalibus uirtutem exiſtunt Deī dicentes, ex nihilo fieri nihil poſſe: & animam, aut initium non habere, aut eſſe mortalem: & uirginem parere omnino non poſſe: ſed & Deum ex homine naſci, mori, atque reſurgere ſtultum eſſe.

y ¶ Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.] Omnis plenitudo diuinæ naturæ in corpore eius inhabitat.

z ¶ Et eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.] Si illius ſcientia docemini, qui prodidit initium inuifibili creature: quid uobis conferent qui nihil plus intelligit, quam quod uident?

a ¶ In quo & circumciſi eſtis, circumciſione nō maſtſtata in expoliatione corporis carnis.] Hic iam pſeudoapoloſtos taxat, ne ab ipſis quidam ſeducantur.

b ¶ Sed in circumciſione Ieſu Chriſti conſepulti ei in baptiſmo.] Per quam totum hominem expoliatuſ.

c ¶ In quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis.] Surrexiſtis in nouam uitam, exedentes eum etiam propter hoc ſurrexiſſe.

d ¶ Et uos cum mortuis eſſetis in delictis & præputio carnis ueſtræ.] Quia non ſolum peccantes, ſed etiam non circumciſi in lege pariter damnabuntur. Cum ergo dupliciter indigni eſſetis, filiorum conſortes effecti eſtis.

a ¶ Conu-

D. HIERON
T. M. 7. 8

B
Hebr. 12. a

C
Eſai. 33. 6.
Sec. 7. 0.

4. Reg. 5. 8.

D

G

E a ¶ Coniunxit cum illo, donans vobis omnia delicta. Auferendo causas mortis, id est peccata.

Galat. 3. b.

b ¶ Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, &c. Chirographum, maledictum legis est. Vnde & alibi ait. Christus solvens, & ideo Deo quem solum eternum intellexerunt, licet superstitiose, tamen humiliter venerati sunt, & non par-

Dant. 32. c.

cedendum duxerunt corpori, nec carnem in saturitate honorandam, utpote morituram. Aliter. Non vos seducat philosophia ad humanam doctrinam, quæ sapientiæ & abstinentiæ speciem subornatur. In qua tam vana est corporis afflictio, tam stulta meditationis intentio: cuius bonum ad capiendas & infirmandas mentes, quasi quidam laqueus diabolo aucupante, præceditur, quò facilius malum suum sequens inducat.

Hier. 17. a.

Vnde ipse in Canticis dicit: Nōne hæc congregata sunt apud me, & signata in thesauris meis? Et Hieremias ait: Peccatum Iudæ in vinea adamantino. Etiam hæc deleta est in cruce, dum dignis peccatis, etiam memoria oblita est delictorum.

c ¶ Et expoliatis principatus & potestates. Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, se offerendo pro eis.

d ¶ Traduxit confidenter palam, triumphans illos in seipso. Deuicit palam crucifixus, confusione contempta triumphauit: non occidendo, sed moriendo: ut nobis confacta omni superbia monstraret exemplum.

e ¶ Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei fasti, &c. Nullum ergo in hoc iudicium est quod est vmbra, & cessauit corpore veniente: quia imagine opus non est, veritate præsentante.

F

f ¶ Que sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Tunc enim futura erant, quæ modò sunt.

g ¶ Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, &c. Nemo ficta humilitate superbus, & angelos se videre mentiens, frustra se super homines iacet: qui visiones à suo corde loquitur, siue nemo tam humilis sibi, & religiosus videatur: ut angelos qui Deum vident se videre metiatur.

h ¶ Et non tenens caput. Christo non credens, qui omnium sanctorum caput est.

i ¶ Ex quo totum corpus per nexum & coniunctiones, &c. Quia membris per totum corpus membra iunguntur. Quicunque igitur extra hoc corpus est, quantumlibet se iacet, ille caput non habet, quod est Christus, qui est vita.

k ¶ In augmentum Dei. Augmentum illius corporis quod veniuntum est Deo.

l ¶ Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi. Possunt intelligi etiam auaritia, luxuria, & cætera his similia.

m ¶ Quid adhuc tanquam viuentes mundo decoratis. Ne similitudinem quidem vllam viuentium in mundo voluit nos habere, hoc est, illorum qui futura non credant.

n ¶ Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis. Illo tactu & gustu & contrectatione, quo hi qui in concupiscentijs abutuntur, & terrena diligunt pro æternis.

o ¶ Que sunt omnia in interitu ipso vsu. Ex partibus mundi, conditionem ipsius aduertimus: cui enim membra componuntur atque soluantur, necesse est vt totus aliquando compositus fuerit, & quandoq; soluatur. Non ergo mortalia pro immortalibus debent diligi & æternis.

Hieronym. Tom. 8.

p ¶ Secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia, &c. Secundum quod multi etiam homines, natura docente, tradiderunt: quod mundus esset aliquando soluendus, & ideo Deo quem solum eternum intellexerunt, licet superstitiose, tamen humiliter venerati sunt, & non par-

cedendum duxerunt corpori, nec carnem in saturitate honorandam, utpote morituram. Aliter. Non vos seducat philosophia ad humanam doctrinam, quæ sapientiæ & abstinentiæ speciem subornatur. In qua tam vana est corporis afflictio, tam stulta meditationis intentio: cuius bonum ad capiendas & infirmandas mentes, quasi quidam laqueus diabolo aucupante, præceditur, quò facilius malum suum sequens inducat.

CAPVT III.

Igitur si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite: vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt querite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus: propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem, expo-

CAPVT III.

Igitur si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite: vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt querite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus: propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem, expo-

x ¶ Fornicationem, immunditiam, libidinem. Omnem impudicitiam, & immunditiam, & libidinem nominauit.

y ¶ Concupiscentiam malam. Est enim concupiscentia bona. Vnde Daniel vir concupiscentiarum appellatur. Et Dauid inquit: Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

z ¶ Et auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus. Nihil prodest Deo nomine, & idolis operibus seruire.

a ¶ Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. Super Sodomam & eos qui in diluuiio perierunt. Ex præteritis ergo exemplis, futura timenda sunt.

b ¶ In quibus & vos ambulastis aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia. Nolite itaque nunc ambulare, ne frustra videamini credidisse.

c ¶ Iram, indignationem, malitiam, &c. Ipsa est quæ inebriat mentem, per malitiam inferre alteri, quod pari nolis.

d ¶ Turpem sermonem de ore vestro. Quia hic in disciplinis filijs hominum non conuenit educatis: quâto magis Dei, quibus non minus est turpis sermo quàm actus.

e ¶ Nolite mentiri inuicem. Non decet mentiri inuicem filios veritatis, cum de veritate non sit omne mendacium.

H

1. Ioan. 3. a.

Dan. 9. f. Pjal. 118. c.

R

a ¶ Expo-

A a ¶ Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis.] Cum actibus voluptatum.

b ¶ Et induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione Dei.] Cū cognouerit cuius imago est: & in quantum debet & potest, nititur simulare.

c ¶ Secundum imaginem eius qui creauit eum.] Expoluit imaginē in actu consistere.

d ¶ Vbi non est masculus & femina, gentilis & Iudaeus, circumcisio & praeputium, barbarus & Scytha, seruus & liber.] Apud Deum non praedicitur sexus, vel genus, vel conditio, sed conuersatio sola.

e ¶ Sed omnia & in omnibus Christus.] Omnes quicumque baptizati sumus, Christum induimus.

f ¶ Induite vos ergo sicut electi Dei.] Illa deponentes induite: quia ad hoc facti estis.

g ¶ Viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam.] Quia illa membra dixerat, haec viscera nominauit.

h ¶ Supportantes inuicem.] Exemplo Christi, qui infirmitates nostras portauit.

i ¶ Et donantes uobismetipsos.] Indulgentes inuicē, sicut Christus omnibus indulsit, etiam pro peccatoribus orans: ut & nobis à patre caelesti debita remittantur: ne impleatur in uobis illa sententia: Homo homini reseruat iram, & à domino querit medelam, &c.

k ¶ Si quis aduersus aliquem habet querelam.] Vnūquisque malitiae proximi sui non meminerit, ne forte exigentes à conseruis, etiam propria indulta reddere cogamur.

l ¶ Sicut & dominus donauit uobis, ita & uos.] Si ille indulgit qui potuit, vindicta aut nulla, aut satis parua est.

m ¶ Super omnia autem hac charitatem habete.] Super haec est charitas: quia omnem quem diligimus, sustinemus, & non omnem quem sufferimus, diligimus.

n ¶ Quod est vinculum perfectionis.] Charitas enim multa membra in vnum colligit corpus.

o ¶ Et pax Christi.] Non saeculi, quam nobis reliquit: qui pro omnibus mortuus est, & nos inimicos dilexit.

p ¶ Exultet in cordibus uestris, &c.] Non in facie fallaciter ardeat, vel sermone doloso.

q ¶ Et grati estote.] Beneficij scilicet Christi. In nonnullis exemplaribus habet, gratia estote: hoc est, nolite legi assimilari quae vicem reddi: sed gratiae, quae ignoscit etiam inimicis, & pro eis Dominum deprecatur.

r ¶ Verbum Christi habitet in uobis abundanter.] Hic ostenditur verbum Christi non sufficienter, sed abundanter etiam laicos habere debere, & docere se inuicem vel monere.

s ¶ In omni sapientia docentes & commoneutes uosmetipsos.] Ut sapienter & rationabiliter proferatur.

t ¶ In psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus in gratia.] Psalmis, ut Dauid: hymnis, ut trium puerorum: canticis, ut Moysi, & ceterorum, quae sunt spiritualia, & non carnalibus vel turpibus cantilenis.

v ¶ Cantantes in cordibus uestris Domino.] Nusquam legitur aliquem sine voce cantasse. Vnde necesse est hic, in corde, ex corde intelligi: scilicet, ut non solum ore, sed etiam corde cantemus. Confitebor, inquit, tibi Domine in toto corde meo.

x ¶ Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri per ipsum.] Siue docetis, siue operamini, nihil ad uestram, sed omnia ad domini gloriam faciatis: Deo gratias referentes, qui filium suum ad haec docenda destinare dignatus est: siue per actus uestris Deo gratiae referantur.

y ¶ Mulieres subdite estote uiris uestris, sicut oportet in Domino.] Secundum legem, in his que conueniunt Domino.

z ¶ Viri diligite uxores uestras & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: &c.] Nunquam rem naturalem hortaretur, nisi continentes esse coepissent, sicut ad Ephesios plenius notatum est.

a ¶ Patres nolite ad indignationem prouocare filios uestris, ut non pusillo animo fiant.] Ne exasperati iracundi fiant, qui exemplo uestro, patientiam discere debuissent.

b ¶ Serui obedite per omnia dominis carnalibus.] Qui carnis solam dominationem exercent.

c ¶ Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes.] Non ad hoc tantum, ut hominibus videamini carnalibus laborantes.

d ¶ Sed in simplicitate cordis timentes Dominum.] Qui ubique semper videt, & custodit omne quod factum est.

e ¶ Quodcumque facitis, ex animo operamini: sicut Domino & non hominibus.] Non necessitate conditionis, sed religionis facite voluntates: ut per opera uestra Domino gratiae referatur, cum ex tempore credulitatis talia uiderent proficisci.

f ¶ Scientes quod à Domino accipietis retributionem hereditatis.] Nolite putare uestrum infructuosum esse seruitium, quod propter Deum exhibitum, caelesti remuneratione penfabitur.

g ¶ Domino Christo seruite.] Ipse enim seruit Deo, qui propter ipsum homini seruit.

h ¶ Qui enim iniuriam facit, &c.] Siue seruus qui dominum contemplerit: siue dominus qui seruum inique tractauerit: ideo hoc dicit ut consolationem habeant, scientes suam inultam non esse iniuriam apud Deum.

i ¶ Orati in iustate, vigilantes in ea.] Negligentis enim & dormientis oratio, nec ab homine praeuallet impetrare.

k ¶ In gratiarum actione.] Pro omnibus quae concessa sunt uobis.

B
Eccle. 28. a

C

D

a ¶ Orant es

G

E a ¶ Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiam vincus sum.] Vobis enim orantibus, si tribulatione liberemur, vobis proficiet in doctrina.

b ¶ Vt manifestem illud, ita ut oportet me loqui.] Vt ipse destinet quid agendum, quando, vel cui debeat predicare, sicut Elaias ait: Vt sciam quando oporteat me dicere sermonem.

c ¶ In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt.] Nolite eos ultra ad iracundiam prouocare.

d ¶ Tempus redimentes.] De malo tempore, bonum tempus vestra prudentia facientes.

e ¶ Sermo vester semper in gratia.] In nouo scilicet testamento, vel certe gratum proferatis sermonem.

f ¶ Sale sit conditus.] Sapientia & rationis, ne stulta nostra religio à philosophis & gentibus existimetur.

g ¶ Vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.] Aliter paganis, aliter Iudæis, aliter hæreticis contradicentibus veritati. Vnde & Petrus ait: Parati semper ad satisfactionem, &c.

h ¶ Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, & confertus in Domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra cum Onesimo charissimo & fidelis fratre, qui ex vobis est: qui omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis.] Securos illos vult esse de sua incolumitate, ne hac essent tristitia occupati.

i ¶ Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus.] Simul vincus erat, siue compatiebatur charitatis affectu.

k ¶ Et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si venerit ad vos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.] In nouo testamento, per quod intratur regnum, sicut satanas mors dicitur, quia ipse causa mortis.

l ¶ Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei.] Tam erant perfecti, qui perseuerare monentur. Laborem ergo eorum suis orationibus adiunabat.

m ¶ Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem, pro vobis & pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.] Tales erant primi temporis discipuli Apostolorum, ut imitarentur magistros, & pro omnium essent salute solliciti.

n ¶ Salutat nos Lucas medicus charissimus, & Demas.] Euangelista ex medico erat, sicut Mattheus iam Apostolus adhuc dicitur publicanus.

o ¶ Et dicite Archippo. Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas.] Hic diaconus fuisse perhibetur.

p ¶ Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia Domini nostri vobiscum, Amen.] Siue orate, ut reddat vobis: siue mementote, qui vestri hæc patior causa, & imitamini tolerantiam passionum.

Esai. 30. b. Sec. 70.

1. Pet. 3. c.

F

H

Commentariorum in epistolam ad Colossenses finis.



A **COMMENTARIUM IN EPI-
STOLAM PRIMAM AD
THESSALONICENSES.
CAPVT I.**

P Aulus & Siluanus
& Timotheus eccle-
siae Thessalonicen-
siu.] Quia per ipsos
filijs verbum fue-
rat nuntiatum, sicut & Corin-
thijs, quod & ad eosdem in se-
cunda commemorat.

b ¶ In Deo patre nostro, & Do-
mino Iesu Christo.] Quia per fi-
dem filij, tam in patre quam
in filio erant. Quia quicumque
confiteatur filium, & patrem
habet.

c ¶ Gratiavobis & pax.] A Deo
patre scilicet & Domino nostro
Iesu Christo.

d ¶ Gratias agimus Deo sem-
per pro omnibus vobis.] Quia om-
nium nobis gratia, memoria
est.

e ¶ Memoriam vestri facien-
tes in orationibus nostris sine in-
termissione.] In indefinente o-
ratione, memoriae quantitas
& dilectionis ostenditur,
quam eorum merita postulab-
ant.

f ¶ Memores operis fidei vestrae &
laboris.] Non immerito illius fi-
dei memores sunt, quam & ius-
titiae labor, & charitas affectus,
& passionum tolerantia com-
probabant.

g ¶ Et charitatis & sustinentia
spei Domini nostri Iesu Christi, &c.]
Ad Deum patrem nostrum. Qui
perfectae charitatis est, sustinet
omnia patienter propter spem
futuram.

h ¶ Scientes fratres dilecti a Deo
dilectionem vestram, &c.] Reti-
nentes tempus electionis ves-
trae, qualiter nos praedicaueri-
mus, & vos crederitis.

i ¶ Quia euangelium nostrum non
fuit ad vos, &c.] Notandum quod
illa efficax possit esse doctrina,
quae iustitiae commendatur ex-
emplo.

k ¶ Sed & in virtute.] In virtu-
te siue signorum, siue toleran-
tia passionum.

l ¶ Et in Spiritu sancto.] Quem
deuote accepistis, vel cuius vir-
tutem per signa monstrauimus.

m ¶ Et in plenitudine multa.]
Perfectionis, iustitiae, conuersa-
tionis, & vitae.

n ¶ Sicut scitis quales fuerimus in vobis, &c.] Ad profectum ve-
strum etiam ab illicitis abstinentes, vt inferius continetur.

o ¶ Et vos imitatores nostri, &c.] In passionibus verbum susci-
pientes, sicut & nos docuimus, & Dominus praedicauit.

p ¶ Excipientes verbum in, &c.] Hoc est verum in Spiritu sancto
gaudere, sicut & Apostolos fecisse legimus.

q ¶ Ita vt facti sitis forma omnibus credentibus, &c.] Perfectum
exemplo, forma omnibus credentibus exhibetur: vestro er-
go exemplo etiam prouinciae profecerunt.

r ¶ A vobis diffamatus, &c.] Natura fama haec est, vt siue bo-
num siue malum nutians, vbiq; omni celeritate discurrat.

**IN EPISTOLAM PRI-
MAM AD THESSA-
LONICENSES.
CAPVT I.**

P Aulus & Siluanus & Timo-
theus ecclesiae Thessalonicen-
sium in Deo patre nostro, &
Domino Iesu Christo. e Gratia
vobis & pax. d Gratias agimus
Deo semper pro omnibus vobis,
e memoriam vestri facien-
tes in orationibus nostris sine intermissione,
f memores operis fidei vestrae & laboris & cha-
ritatis, & sustinentiae spei Domini nostri Iesu Chri-
sti ante Deum & patrem nostrum. h Scientes fra-
tres dilecti a Deo electionem vestram: i quia eu-
angelium nostrum non fuit ad vos in sermone
tantum, k sed & in virtute l & in Spiritu sancto,
m & in plenitudine multa, n sicut scitis quales fue-
rimus in vobis propter vos. o Et vos imitatores
nostri facti estis & domini, p excipientes verbum
in tribulatione multa cum gaudio Spiritus san-
cti, q ita vt facti sitis forma omnibus credentibus
in Macedonia & in Achaia. r A vobis enim diffa-
matus est sermo Domini, non solum in Macedonia
& in Achaia, sed & in omni loco s fides ves-
tra quae est ad Deum, profecta est, t ita vt non sit
nobis necesse quicquam loqui. u Ipsi enim de no-
bis annuntiant qualem introitum habuerimus
ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum x a
simulacris seruire Deo viuo & vero, y & expecta-
re filium eius de caelis, quem suscitauit ex mortuis
Iesum, z qui eripuit nos ab ira ventura.

CAPVT II.

N Am & ipsi scitis fratres introitum nostrum
ad vos: b quia non inanis fuit, sed ante passi
multa, & contumelias affecti, c sicut scitis in Phi-
lippiis, d fiduciam habuimus in Deo nostro e lo-
qui ad vos euangelium Dei in multa sollicitudi-
ne. f Exhortatio enim nostra non de errore,
g neque de immunditia, h neque in dolo, i sed
sicut probati sumus a Deo, vt crederetur a no-
bis euangelium, ita loquimur: non quia si homi-
nibus placentes, k sed Deo qui probat corde no-
stro. l Neque enim aliquando fuimus in sermone
adulationis, sicut scitis, m neque in occasione auaritia,
Deus testis est, neque querentes ab alijs, n cum
possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli.

v ¶ Ipsenim de nobis annuntiat,
qualem introitum habuerimus ad
vos, &c.] Et nostrae constantiae
& vestrae conuersationis omnia
nota est qualitas.

x ¶ Assimulacris seruire Deo viuo
& vero.] Simulacrum, a simula-
do dicitur. Pulchre ad Deum
verum & viuum, a falsis domi-
nis conuersi esse dicuntur.

y ¶ Et expectare filium eius de ca-
elis, quem suscitauit ex mortuis Ie-
sum.] Talis est, vt fiducialiter &
cum gaudio aduentum domini
expectetis.

z ¶ Qui eripuit nos ab ira ventu-
ra.] Dimittendo peccata, & do-
ctrina sua, & exemplo ab ira nos
liberauit. Iam ergo in spe liber-
tatem habemus.

CAPVT II.

N Am & ipsi scitis fratres introi-
tum nostrum ad vos.] Com-
memorat illos, vt agnoscat
verum quod dicunt, & eo-
rum magis proficiant exem-
plo.

b ¶ Quia non inanis fuit, &c.]
Non est inanis sermo, qui com-
pletur constantia passionis.

c ¶ Sicut scitis in Philippiis.] Quia
aliquantis vestrum videtur nos
Philippiis passos, nec expauisse
persecutiones, nec praedicare
cessasse.

d ¶ Fiduciam habuimus in Deo
nostro.] Qui nos liberare in pra-
esenti vel in futuro potest, & la-
boris nostri mercedem omni-
bus recompenlare.

e ¶ Loqui ad vos euangelium Dei
in multa sollicitudine.] Non ne-
gligenter, nec transtitorie, sed
in sollicitudine non parua, sed
multa.

f ¶ Exhortatio enim nostra non
de errore.] Ideo non erramus: er-
rat enim quicumque putat vel
docet multos posse regnare cum
Christo, sicut alibi dicit. Nolite
errare, quia Deus non irridetur.

g ¶ Neque de immunditia.] Sic-
ut Iouiniani doctrina fuit.

h ¶ Neque in dolo.] Non contra
constantiam nostram docentes,
atque suadentes.

i ¶ Sed sicut probati sumus a Deo,
&c.] Qui falli possunt.

k ¶ Sed Deo, qui probat corda no-
stra.] Integri, quasi a Deo probati, & ab ipso in hoc officium
destinati, qui cordis occulta rimatur.

l ¶ Neque enim aliquando fuimus, &c.] Sicut qui hominibus
placent, tanquam agris desiderata omnia concedentes, &
mortem eorum negligentes.

m ¶ Neque in occasione auaritia, &c.] Omnis qui adularatur, aut
propter auaritiam, aut propter vanam gloriam adularatur:
ille vero propter Deum docere probatur, qui ista non qua-
rit.

n ¶ Cum possemus vobis oneri esse, &c.] Vel in hoc quod Deus
ordinauit, id est, vt de euangelio viueremus.

a ¶ Sed

DHERON
Tom. VI. 78

E a ¶ Sed facti sumus paruuli in medio uestrum. Humiliates nos, & nec honorem debitum requirentes.

b ¶ Tanquam si nutrix foueat filios suos. Humilians se in omnibus, paruulo se coequans, ut illos ad maiora sua imitatione perducat. Nam & balbutit interdum lingua, & manducare fingit, & cum eis lente ambulare consuecit.

c ¶ Ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis, &c. Sicut nutrix non solum verbum, sed etiam omnem sensum perfectionis suae in paruulo transfundere cupit, ut ei cito possit aequari: ita nos omnia fecimus, per quae proficere poteratis.

d ¶ Quoniam charissimi nobis facti estis. Propter fidem & conuersationem uestram, quam superius memorauimus.

e ¶ Memores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes. Laborem manuum nocte, & fatigationem verbi die, ceterum semper operabatur quando docebant.

f ¶ Ne quenquam uestrum grauauerimus. Apud istos & Corinthios & Ephesios laborauit, quibus occasionem auferre cupiebat, vel docendi, vel de se aliquid suspicandi.

g ¶ Predicauimus in, &c. Sicut Samuel populum contristatur.

h ¶ Quam sancte & iuste, & sine querela vobis qui credidistis assumimus. Ne vobis vllam offensionem dare videremur.

i ¶ Sicut scitis qualiter vnunquemque uestrum tanquam pater filios, &c. Paruulos nutrix fouet, proficientes vero iam pater inilituit.

k ¶ Et consolantes, &c. In tribulationibus & promissionibus Christi vos sumus consolati.

l ¶ Vt ambularetis digne Deo. Digne Deo ambulat, qui nihil Deo agit indignum.

m ¶ Qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. Quod non nisi eius similes possidebunt, iustitiae scilicet & sanctitatis exemplo.

n ¶ Ideo & nos gratias agimus Deo, &c. Quod primum de Deo audistis, siue audieritis Deum.

o ¶ Accepistis illud non ut verbum hominum, &c. Vt verbum hominum accipit, qui contemnit: vos autem ita credidistis, ut ab ipso Deo audire putaretis.

p ¶ Qui operatur in vobis qui credidistis. Verbo vel signis, siue virtutes exercet. Credentes enim, ait Marcus, haec signa sequentur.

q ¶ Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei, &c. Quibus dicitur. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis.

r ¶ Quia eadem passi estis & vos a contribulibus uestris: sicut & ipsi a Iudaeis. De vobis plus miror, qui nec legis nec prophetarum habuistis exempla.

f ¶ Qui & dominum occiderunt Iesum & prophetas, & nos persecuti sunt, &c. Quid mirum si nos mali persequuntur: qui nec ipsi domino pepererunt?

r ¶ Et omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salui fiant, &c. Non solum Iudaeos impediunt, sed etiam gentibus inuidet, ad suorum cumulum peccatorum.

v ¶ Peruenit enim ira Dei super illos usque in finem. Siue quia praedico qua pena captiui sunt, siue quia ablati sunt non creditibus intellectus.

x ¶ Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus, &c. Sicut alibi ait: Et corpore absans, sed spiritu praesens.

y ¶ Abundantius festinauimus, &c. Tribulationibus persequentium.

z ¶ Quae est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae, &c. Non immerito vos desideramus, per quos laetitia gaudium speramus, & gloriae coronam.

a ¶ Vos enim estis gloria nostra & gaudium. Boni magistri, omnem spem, & gaudium, & gloriam solent collocare in profectu discipulorum.

CAPVT III.

P Roper quod non sustinentes amplius. Ad vos neminem nostrum venire.

c ¶ Placuit nobis remanere Athenis, soli. Maluimus soli remanere, quam nescire quid ageretur.

d ¶ Et misimus Timotheum fratrem, &c. Queritur, quomodo Timotheus missus est, sed prius id dictum est.

e ¶ Et adiutorem Dei, &c. Adiutores pro discipulis etiam vulgo dicuntur.

f ¶ Ad confirmandos vos & exhortandos pro fide uestra. Pro hac causa duntaxat, quia perfecte credidistis.

g ¶ Vt nemo, &c. Non dico: ne omnes, sed ne vel aliquis moueat.

h ¶ Ipsenim scitis, &c. Non ergo mirari debetis, scientes nos aliter transire non posse, dicente domino: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et iterum: Ecce dixi vobis, ut in me pacem habeatis, in hoc autem saeculo pressuram.

i ¶ Nam & cum apud vos essemus, &c. Ne vos ipsa nouitas deterreret, sed magis propheta nostra confirmaret, sicut & dominus passurus se ante praedixit.

k ¶ Propterea & ego, &c. Dicis. Ecce in quibus putatis Deum esse, qualia patiuntur, & fidem vestram forsitan commoueret.

l ¶ Is qui tentat. Sicut Iob a Domino probatur.

m ¶ Et inanis fiat labor noster. Si aliquem scrupulum patiemini. Notandum doctrinam dici laborem.

n ¶ Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annuntiantem, &c. Quia firmiter Christo credentes, tenetis fidem, & nos solita dilectione diligitis.

G

1. Cor. 5. 4.

H

Mat. 10. b. Ioan. 10. g

1 Reg. 12. 4

Mar. 16. d.



A a ¶ Ideo consolati sumus fratres in vobis, &c.] Omnem necessitatem & tribulationem nō sentimus, prae magnitudine gaudij status vestri.

b ¶ Quoniam nunc vivimus, &c.] Etia si occidamur, vivimus: quia vita nostra in vestra firmitate consistit.

c ¶ Quam enim gratiarū actionē possumus Deo retribuere pro, &c.] Triplicem letitiae causam nobis vestra conuersatio praestat: quia & vos proficitis, & Dominus per vos benedicitur, & alijs praeberis exemplum.

d ¶ Nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram.] Ostendit quantum alijs desiderandi sint fratribus quos tantum ipse desiderat: Quis enim cum famam peperit, videre nō cupiat?

e ¶ Et compleamus ea quae desunt fidei vestrae.] Si quid fides vestra minus habet doctrinae.

f ¶ Ipse autem Deus, &c.] dirigat via, &c.] Remotis diaboli scandalis, quibus noster impeditur ad vos aduentus.

g ¶ Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram.] Quia iam plena, & opere comprobata est.

h ¶ Inuicem & in omnes.] Vt non solum Christianos, sed etiam omnes se & homines: non erroris, sed naturae gratia diligatis, & eis in quo indigerint, misericordiam quam illis in praesenti Deo exhibet, non negetis.

i ¶ Quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda vestra.] Fecit abundare, vt & vos aliorum corda firmetis.

k ¶ Sine querela in sanctitate ante Deum.] Non ante homines, sicut de Zacharia, Helisabet. Et per Elaiam: Et vos eritis mihi iusti, dicit Dominus.

Isai. 43. b.

CAPVT III.

De cetero ergo fratres.] Post laudem & consolationē, incipit exhortatio.

m ¶ Rogamus vos, &c. quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, sic & ambuletis, vt abudetis magis.] Quibus via Christus est, dignis eo gressibus ambulate: quia cū atate fides augeri debet & mores: sicut cum atate carnis, & cibus crescit & studium.

n ¶ Scitis enim quia praecepta dederim vobis per Dominū Iesum, haec est enim Voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos a fornicatione.] Sanctificatio ab omni incontinentia reuocat Christianum, cui incontinenti non expedit sanctum Christi corpus attingere: maxime cum Moyses Iudaeos sanctificare volens, populum totum ab omni femina se continere praecipit, vt Dei potius praesentia mererentur.

o ¶ Vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore.] Suum corpus vnusquisque castum seruando sanctificet & honoret. Simul considerandum: quia eis tanquam perfectis, non sicut Corinthijs scribit infirmis.

p ¶ Non in passione desiderij, sicut & gentes quae ignorant Deum.] Ne nimiae & immoderate libidini seruientes,

similes gentibus fiat, quae Deum amatorem castitatis ignorant.

q ¶ Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.] Ne quis post deuotam continentiam & continentiam, fratri suo aliquam circumuentionem vi circumferre nitatur, siue in quolibet negotio, ne quis alterum fraudet.

r ¶ Quoniam vindex est Dominus de his omnibus, &c.] Non solum de fornicatione & publica turpitudine, sed etia de transgressione propositi. Quisquis enim continentiam Deo vouerit, fecit sibi illicitum quodlibet.

s ¶ Non enim vocauit nos Deus in immunditia.] Quae corpus Christi audenter non permittit accipere.

t ¶ Sed in sanctificationem.] Vt exemplo Christi viuatis. Qui enim habet spem hanc in eum, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

v ¶ Itaq; qui haec spernit, non hominem spernit, sed Deum, &c.] Nō me, sed eum qui in me loquitur Christus: cuius spiritu iniuriam facit omnis qui nō sancte versatur.

x ¶ De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis.] Videte quam perfecti erant qui de tanto & tam necessario praecipito, non indigebant admoneri.

y ¶ Ipsenim vos a Deo didicistis, vt diligatis inuicem, &c.] A Christo, qui dixit: Mandatum nouum do vobis. Hoc nouum est, vt pro alterutro moriamur: quia hoc vetus, non suum erat testamentum.

Ioan. 13. d.

z ¶ Rogamus autem vos fratres, vt abudetis magis & operam detis.] Hoc est, vt iam ignotos quosq; diligatis.

a ¶ Vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, &c.] Quidam in quiete per diuersorum discurrebat domos: aliqua etia ad religionis opprobrium postulantes ab infidelibus: quamquam ad eos in secunda plenius exequitur. Vnde magis vult eos vel proprii negotij cura vel labore manuum occupari, quam otiositatis detrimentum, & inquietudinis habere peccatum.

b ¶ Vt & honeste ambuletis, &c.] Ne vos ipsi denotent, qui praestare videntur.

c ¶ Nolumus autem vos, &c.] Dormit enim quem certum est surrecturum, sicut dictum est in euangelio de Lazaro.

d ¶ Vt non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent.] Aliter debet flere qui peregre pergit, aliter ille qui moritur.

e ¶ Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit.] Si ea credimus quae non videmus, & per eius resurrectionem certum sumus nos veniam confectos: cur illud similiter non credamus, quod gentes, qui videnti Deo non credunt?

f ¶ Ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.] Qui caput suscitauit, etiam cetera membra suscitaturum se promittit.

a ¶ Hoc

D. HIERON.
Tom. VI. 78

E

a ¶ Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini.] Ex euangelij sententia.

b ¶ Quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini.] Semper Apollolus diem Domini fecit habere suspectu, quaficos in corpore inueniret.

c ¶ Non praueuiemus eos qui dormierunt.] Tam velox erit eorum resurreccio, quam nostra assumptio.

d ¶ Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli.] Terrorem illius diei monstrat, quo omnis potestas celi, & elementa mouenda sunt: vt nos sciamus quali conscientia diem Domini expectemus.

e ¶ Et in tuba Dei descendet de celo.] St ad hominis tubam terra videtur permoueri, quato magis ad Dei: sicut Elias quoque terribilem in monte domini vidit aduentum.

4. Reg. 2. b.

f ¶ Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, &c.] Qui in Christo mortui fuerint, resurgent primo: & qui viui inuenti fuerint sancti, cum ipsis pariter rapiuntur: qui non iudicabuntur, sed potius iudicabuntur.

g ¶ Et sic semper cum Domino erimus.] In eadem gloria aternitatis.

h ¶ Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.] Notandum quod lectis hoc precipit, vt alterutrum se doctis instruant.

F

CAPVT V.

DE temporibus autem, &c.] Ipsi enim diligenter scitis. Euidetissima euangelij lectione edocui.

k ¶ Quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.] Quando omnes sciet dormire securos.

l ¶ Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.] Tunc maxime timenda est poena, quam nunc non expectant.

m ¶ Sicut dolor in vtero habentis, & non effugiet.] Sicut mulier veniente partu, dolores non effugit.

n ¶ Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat.] Non estis adeo ignorantes, vt nesciat is vos semper paratos esse debere.

o ¶ Omnes enim vos filij lucis estis & filij diei.] Scientia veritatis.

p ¶ Non sumus noctis neq; tenebrarum.] Quia sicut tenebra, ita & ignorantia, dat fiduciam delinquendi.

q ¶ Igitur non dormiamus sicut & ceteri.] Qui sic dormierunt, etiam oblitii sunt sui.

r ¶ Sed vigilemus & sobrij simus.] Attendite vobis, ne grauentur corda vestra in crapula & in ebrietate, & curis huius vite, ergo & cura inebriant mentem.

s ¶ Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.] Ideo otiosi & ebrij sunt, quia in tenebris sunt.

t ¶ Nos autem qui diei sumus, sobrij simus.] Nos qui diem Christum habemus, nec otiosi, nec ebrij esse debemus.

Hieronym. Tom. 8.

v ¶ Induti lorica m fidei & charitatis, & galeam spem salutis.] Fide & charitate, & iustitia omnia constant, quas & lorica alibi comparauit.

x ¶ Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum.] In ira sunt politu: quia iam iudicati sunt.

y ¶ Qui mortuus est pro nobis.] Vt nos non moreremur.

z ¶ Vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.] Vt siue in corpore, siue extra corpus inueniamur, semper cum ipso viuamus.

a ¶ Propter quod consolamini inuicem, & edificate alterutrum, sicut & facitis.] Notandum quia hoc laicis precipit, quos etiam monet, vt studeant exhibere officia charitatis.

b ¶ Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos.] Vt intelligatis laborem eorum.

c ¶ Et presunt vobis in Domino, & monent vos.] Exemplo iustitiae, non potestate terrena, sicut ait Petrus.

d ¶ Vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis.] Presbyteri qui laborant in verbo, dupliciter honorandi sunt, id est, charitatis obsequio, & ordinis dignitate.

e ¶ Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes.] Pro diuersitate morborum diuersitas adhibenda est medicina. Illi corripiendi, ne pereant: isti consolandi sunt, ne deficiant.

f ¶ Suscipe infirmos.] Sustinete nuper credentes, qui nondum sunt confirmati.

g ¶ Patientes estote ad omnes.] Etiam ad correptos: quia impatiens non corrigitur, sed irritatur.

h ¶ Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.] Omni diligentia caue, ne cui infirmiora vt ignarus, vel vicem mali reddas: quia vltro alicuius id facere non credo. Omnis enim qui iniuriam facit, male facit: & qui vicem iniurie reddit, iniuriam facit, & male facit: quia vt superius dictum est, omnis qui facit iniuriam, male facit.

i ¶ Sed semper quod bonum est, sectamini in inuicem, & in omnes.] Non solum in vos Christianos, sed etiam in omnes homines.

k ¶ Semper gaudete.] In conscientia puritate.

l ¶ Sine intermissione orate.] Si iugiter non potes lingua, saltem corde, sicut Moyse tacenti dicitur. Quid clamas ad me? Siue omnis actus vester talis sit, vt pro vobis semper Deum oret.

m ¶ In omnibus gratias agite.] In omnibus qua acciderint, sicut Iob: siue in omni conuersatione vestra domino gratia referantur.

n ¶ Hec est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.] Sicut in Christo per omnia impleta est, ita & in vobis omnibus impletur.

o ¶ Spiritum nolite extinguere.] Spiritum exhortationis,

R 4

quaesti o

G

H

Exod. 14. d



A
1. Cor. 14. g
2. Cor. 14. g

questionibus nolite extinguere. Siue spiritum pro gratia linguarum posuit, sicut ait: Si orauero lingua, spiritus meus orat, quo modo etiam ad Corinthios dicit. Et loqui linguis nolite prohibere, ita & hic spiritum non extinguendum esse testatur.

a ¶ Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est, tenere, ab omni specie mala abstinete vos. Siue futura prædicentes, siue præterita discentes, tantum ut probetis si legi non sunt contraria quæ dicuntur, si quid tale fuerit, refutate.

b ¶ Ipse autem Deus pacis. Qui omnia sustinet, etiam blasphemantes.

c ¶ Sanctificet vos per omnia. Siue gratia, siue doctrina.

d ¶ Ut integer spiritus vester, & anima & corpus. Gratia spiritus quamuis in se semper

re extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenere, ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester, & anima & corpus, sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.

integra sit: non tamen in nobis integra, nisi ab integris habeatur.

e ¶ Sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Vtique in diem iudicii: quia non sunt tantum initia laudanda, sed finis.

f ¶ Fidelis est qui vocauit vos. Qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos requiescere faciam.

g ¶ Qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Quod promissit.

h ¶ Adiuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Adiurare permittitur, non iurare.

i ¶ Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen. Gratia

cum omnibus perseveret.

Commentariorum in Epistolam primam ad Thessalonicenses finis.

COMMENTARII IN EPISTOLAM SECVNDAM AD THESSALONICENSES.

CAPVT I.

PAULUS & SILVANUS & TIMOTHEUS ecclesie Thessalonicensium in Deo patre nostro & Domino Iesu Christo, &c.] Qui sibi talem ecclesiam conquisiuit.

b ¶ Quomam supercreuit fides vestra. Ideo laus augetur.

c ¶ Et abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem, &c.] Intantum proficitis: ut non solum alij vos inferiores quique collaudent, sed etiam nos ipsi vos præferamus, omnibus imitandos.

d ¶ Pro patientia vestra & fide, & in omnibus persecutionibus, &c.] Nisi futura crederetis, ista minime sufferre velletis.

e ¶ In exemplum iusti iudicii Dei. Ut exemplum detis, iusti Dei iudicium expectadi: quem ita creditis esse venturum.

f ¶ Ut digni habeamini in regno Dei: pro quo & patimini. Hi digni sunt regno Dei, qui gloriam ei tribuerunt: scientes nullam passionem esse conditionem.

g ¶ Si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant. Hic, si tamen, confirmantis sermo est, non dubitantis: quasi dicat: si tamen foris potest iudicare iustitia, quod iustum est: nam sicut indubitanter pro nomine Domini patientibus requiem: ita & incunctanter tribulationem his qui eos tribulant, repromissit.

h ¶ Et vobis qui tribulamini, requiem vobiscum. Quia nobis compatimini.

IN EPISTOLAM SECVNDAM AD THESSALONICENSES.

CAPVT I.



PAULUS & SILVANUS & TIMOTHEUS ecclesie Thessalonicensium in Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax a Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita ut dignum est: quoniam supercreuit fides vestra, & abundat charitas vni cuiusque vestrum in inuicem: ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesijs Dei pro patientia vestra & fide, & in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii Dei: ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. Si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini, requiem vobiscum in reuelationem Domini Iesu de caelo cum angelis virtutis eius in flamma ignis, dantis vindictam his qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio Domini nostri Iesu Christi. Qui poenas dabant in interitu æternas a facie Domini, & a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos sua vocatione Deus noster. Ut digni inueniamini ad id quod vocati estis: quia priores inuitati, non erant digni.

Et impleat omnem voluntatem bonitatis sue: & opus fidei in virtute. Adiutoria gratia, & consolatio scientia virtutum, quæ opus sunt fidei.

¶ Ut clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo. Et ut Christi nomen in vestris actibus clarum sit, & vos

in eius signis & virtutibus gloriosi.

¶ In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos sua vocatione Deus noster.

¶ Ut digni inueniamini ad id quod vocati estis: quia priores inuitati, non erant digni.

¶ Et impleat omnem voluntatem bonitatis sue: & opus fidei in virtute. Adiutoria gratia, & consolatio scientia virtutum, quæ opus sunt fidei.

¶ Ut clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo. Et ut Christi nomen in vestris actibus clarum sit, & vos

i ¶ In reuelationem Domini Iesu de caelo cum angelis virtutis eius. Qui venient vindicare.

k ¶ In flamma ignis dantis vindictam. Si potuit flamma Dei imperio tres pueros omnino non tangere: quare non eadem potentia alijs fauor, alijs mitior esse credatur: Hoc contra

eos propterea, quod poenâ conscientie fominarunt: quia hoc illis impossibile videbatur.

l ¶ His qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio Domini nostri Iesu Christi. Non solum qui non nouerunt, sed etiam qui non obaudiunt euangelij disciplinis.

m ¶ Qui poenas dabant in interitu æternas. Poenas in eo qui patitur, non potest dici.

n ¶ A facie Domini, & a gloria virtutis eius. A iusti conspectu sententiâ dânationis accipiant.

o ¶ Cû venerit glorificari in sanctis suis. Ipse in suis gloriandus est membris, quæ solis splendore fulgebunt.

p ¶ Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Mirabuntur impij, & irrisores humilitatis, in subitatione salutis inspiratæ iustorum.

q ¶ Quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. Quia multi in die illo nostro testimonio credidistis.

r ¶ In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos sua vocatione Deus noster. Ut digni inueniamini ad id quod vocati estis: quia priores inuitati, non erant digni.

s ¶ Et impleat omnem voluntatem bonitatis sue: & opus fidei in virtute. Adiutoria gratia, & consolatio scientia virtutum, quæ opus sunt fidei.

t ¶ Ut clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo. Et ut Christi nomen in vestris actibus clarum sit, & vos

D. HIERONIMUS
T. VI. 78

E a ¶ *Secundum gratiam Dei nostri & domini Iesu Christi.*] Expectat à nobis quod possumus : vt quod non possumus, largiatur.

CAPVT II.

Rogamus autem fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi.] Quo vobis charius nihil esse sum certus.

c ¶ *Et nostra congregatio in ipsum.*] Quando à quatuor ventis cæli congregabuntur electi, vt vbi fuerit corpus, illic concurrent & aquilæ.

d ¶ *Vt non cito moueamini à vestro sensu, neq; terreamini.*] Perfacilis est qui de domini aduentu contra euangelicam sententiam commouetur.

e ¶ *Neq; per spiritum, neq; per sermonem.*] Ne signa vos terreant quasi per spiritum facta: quia & hoc Saluator ante præmonuit: nec sermo dialecticæ vos seducat.

f ¶ *Neq; per epistolam.*] Neque per nos poterant, & hoc diabolica excogitare veruita, sicut in multis apocryphis apparet, quæ ad fidem perfidiæ faciendam, apofolorum nomine intitulantur.

g ¶ *Quasi inster dies domini.* Ne quis vos seducat vilo modo.] Dicentes: hic Christus, ecce illic.

h ¶ *Quoniam nisi venerit, discessio primum.*] Nisi antichristus venerit, non veniet Christus. Quod autem discessionem hic dicit, alibi refugam appellauit. In Latinis exemplaribus vtrunq; ita intelligendum est, quod nisi venerit refuga veritatis, siue sui principatus defertor, siue discessio gentilium à regno Romano, sicut in Danicæ per bestie imaginem dicit.

i ¶ *Et reuelatus fuerit homo peccati.*] Diabolus scilicet.

k ¶ *Filius perditionis.*] Quia eum quasi sibi natum, seruitio possidebit: qui secundum Elaiâ conturbare dicitur gentes.

l ¶ *Qui aduersatur & extollitur, &c.*] Supra omnem potentiam & æternitatem se iactabit: vt sacramenta culturæ, corrigere vel augere se dicat: & templum Hierusalem reficere tentabit, omnesq; legis ceremonias restituarè: tantum vt veritatis Christi euangelium soluat: quæ res Iudæis eum pro Christo suscipere suadebit, in suo non Dei nomine venientem.

m ¶ *Non retinetis, quod cum adhuc essem apud vos, &c.*] Hoc est, quæ mora est, vt non veniat.

n ¶ *Vt reueletur in suo tempore.*] Quod tempus nondum aduenit.

o ¶ *Nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum.*] In his qui falsis doctrinis eius, præuium faciunt iter: quos beatus Ioannes in mundum dicit exisse.

p ¶ *Vt quis tenet nunc teneat, &c.*] Donec regnum quod nunc tenet, de medio auferatur, prius quàm antichristus reueletur.

q ¶ *Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.*] Cælesti imperio vel solo.

r ¶ *Et destruet illustratione aduentus sui.*] Quia sicut ful-

vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei nostri & domini nostri Iesu Christi.

CAPVT II.

Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi & nostræ congregationis in ipsum, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquàm per nos missam, quasi inster dies domini. Ne quis vos seducat vilo modo. Quoniàm nisi venerit discessio primum: & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquàm sit Deus: non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebàm vobis. Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum, vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem satanæ in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus: & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt: eo quod veritatis charitatem non receperunt vt saluarent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendaciam, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo, quod elegerit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide veritatis, in qua & vocauit vos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state & tene traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & Deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

CAPVT III.

De cætero fratres orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides.

a Fidelis consolatorum, qui Græcè paracletus appellatur. Potest esse & spes mala in gratia.

e Exhortetur corda vestra & confirmet.] Virtutibus & reuelatione.

f In omni opere & sermone bono.] Prius opere, & postea sermone.

CAPVT III.

De cætero fratres orate pro nobis.] Dat humilitatis exemplum, & occasionem charitatis, vt pro alterutro audacius exoremus. Simul notandum in quibus causis orare possent Apostolus.

h Vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos.] Currat affluentia, magnificetur auditorum profectu.

i Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus: not

gur vbiq; conuocabit in mundo, solutis commotisq; electis per ignem.

f Eum cuius est aduentus secundum operationem satanæ, &c.] Sicut ante prædixi: dabunt signa, vt seducant, si fieri potest etiam electos per phantasiam simulationemque virtutum: sicut

ut Ioannes & Mambre coram Pharaone fecerunt.

t Eo quod veritatem charitatis non receperunt vt saluarent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, &c.] Permittit venire: nam si Deus mittit, non est operatio satanæ.

u Vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.] Non se propter incarnationis Christi obsecuritatem excusent, diuinis non credidisse virtutibus: cum homini crediderint, diabolica arte fallente.

x Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo.] Quia charitatem receperunt veritatis, & propter hoc nos diligit Deus.

y Quod elegerit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis.] Videns paratos ad credendum, sicut & alibi, recumbenti viro Macedone reuelatum est.

z In qua & vocauit vos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.] Ad hoc vocati sumus, vt Christi gloriam acquiramus: Scimus enim quoniam eum apparuerit, similes ei erimus.

a Itaq; fratres state.] In fide veritatis immobiles.

b Et tene traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.] Quando sua vult teneri, non vult extranea superaddi. Apostolica autem traditio est, quæ in toto mundo prædicatur, vt baptismi sacramenta.

c Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & Deus & pater noster qui dilexit nos.] Etiam si non meriti fuimus. Contra Arium facit, qui Deo maiorem patrem putat: quia prior soleat nominari.

d Et dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia.] Promissionem, siue spiritum

consolatorum, qui Græcè paracletus appellatur. Potest esse & spes mala in gratia.

e Exhortetur corda vestra & confirmet.] Virtutibus & reuelatione.

f In omni opere & sermone bono.] Prius opere, & postea sermone.

1. Toth. 3. a.

H



A

enim omnium est fides.] Non omnes credunt, ideo contradicunt.

a ¶ Fidelis autem Deus est.] Quia non relinquit, nisi relinquentes se.

b ¶ Qui confirmabit vos, & custodiet à malo.] In fide per doctrinam & gratiam.

c ¶ Confidimus autem de vobis fratres in domino, &c.] Reuelando quanta sint, quæ amoris sui causa contumelias patientibus promisit.

d ¶ Denuntiamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi: vt subtrahatis vos ab omni fratre, ambulante inordinate, &c.] Quia in prima plenius commouimus: & emendare se noluerunt. Vel hoc modo, quod sancti se ab eis separant, erubescant. Huius planè loci auctoritate subtrahendum est ab omni Christiano, qui non secundum Apostoli incedit præcepta.

e ¶ Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, &c.] Qui sumus forma crediturum.

f ¶ Non quasi non habuerimus potestatem.] Quia dignus est operari mercede sua.

g ¶ Sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.] Ne cui occasionem auaritiæ, quæ fons est inquietudinis, præberemus.

h ¶ Nam & cum essemus apud vos, &c.] Quia præuidebamus aliquos tales esse futuros.

i ¶ Quoniam si quis non vult operari.] Aut sedeat quieti, aut si veri sunt apostoli, non sequantur: si non auaritiæ, sed Dei causa ambulare se dicunt.

k ¶ Nec manducet.] Hæc fit inquietudinis non solam poena, sed etiam emendatio.

l ¶ Audiuimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes.] Reddit superioris sententiæ causas, ad quos legitime debeat pertinere: scilicet ad inquietè ambulantes, non ad quietè sedentes.

m ¶ Sed curiosè agentes.] Inquirentes quid in vnaquaque ciuitate vel prouincia geratur & domo.

n ¶ His autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus in domino Iesu Christo.] Non ipsos post alteram correctionem delinit commoneare.

o ¶ Vt cum silentio operantes, &c.] Non cum inquietudine alienum.

p ¶ Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.] Non omnibus, sed talibus dari prohibeo: ne putetis me boni operis consuetudinem amputare.

q ¶ Si quis non obediit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo.] Si quis tertio voluerit emendari.

r ¶ Vt confundatur.] Non vt penitus abicindatur.

s ¶ Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem.] Corripite, vt emendetur: & nolite abscondere, vt desperet. Ager curandus est, non necandus: ne in apostasiam inquietudo vertatur.

t ¶ Ipse autem Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco, &c.] His verbis omnes epistolas subscribat: excepta Galatarum, quam ex integro manu propria perscripsit: vt post eam nec sibi, nec angelo crederetur.

C

D

Commentariorum in secundam Epistolam ad Thessalonicenses, finis.

COMMENTARII IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEVM.

CAPVT I.

R Aulus Apostolus Iesu Christi.] Auctoritas & nominis & officij prænotatur, propter eos quibus erat responsurus.

b ¶ Secundum imperium Dei Saluatoris nostri, &c.] Non secundum meam præsumptionem: simul & patris & filij vnum imperium demonstratur.

c ¶ Timotheo dilecto filio in fide.] In fide filio, non in carne.

d ¶ Gratia & misericordia, &c.] Gratis misericordiam consecuti, reconciliati sumus Deo.

e ¶ Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi, &c.] Quibus in actibus prædixerat intraturos lupos, qui gregem non parcerent.

f ¶ Neg, intenderent fabulis.]

Quas Deuterosei appellant. Vnde in euangelio, docentes doctrinas hominum condemnantur.

g ¶ Et genealogijs interminatis.] Generationibus antiquorum: in quibus sibi summam scientiam vendicant, si omnes ab initio generationes enumerent.

IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEVM.

CAPVT I.

R Aulus Apostolus Iesu Christi] secundum imperium Dei Saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostræ, c Timotheo dilecto filio in fide, d gratia & misericordia, & pax à Deo patre & Christo Iesu domino nostro. e Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam: vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, f neque intenderent fabulis & g genealogijs interminatis: h quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. Finis i autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia k bona, & l fide non ficta. m A quibus quidam

domino nostro. e Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam: vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, f neque intenderent fabulis & g genealogijs interminatis: h quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. Finis i autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia k bona, & l fide non ficta. m A quibus quidam

domino nostro. e Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam: vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, f neque intenderent fabulis & g genealogijs interminatis: h quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. Finis i autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia k bona, & l fide non ficta. m A quibus quidam

h ¶ Quæ quæstiones præstant magis quàm adificationem Dei, quæ est in fide.] Tam veteres contrarietates, quàm generationum sollicitudines superfluas.

i ¶ Finis autem præcepti est charitas de corde puro.] Charitas Dei & proximi, in qua tota lex pendet & propheta: hæc si de corde puro sit difficile delinquere poterimus.

k ¶ Et conscientia bona.] Vt conscientia tua testimonium perhibeat veritati.

l ¶ Et fide non ficta.] Fides enim ficta est quæ solo ore promittitur, & actu negatur.

m ¶ A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, &c.] Infinitæ stultitiæ est, non intellecta, de magis non intellectis velle firmare.

a ¶ Scimus

D. HIERONYMUS
T. M. 78

a ¶ Scimus autem quia bona est lex.] Vt à Deo promulgata est, pro qualitate temporis: sicut alibi lex sancta est appellata.

b ¶ Si quis ea legitime vtatur.] Si quis sciat quibus, quare, quam diu habenda sit data.

c ¶ Scientes hoc quia lex iusto non est posita.] Ergo Christianis non opus est, qui sunt iustificati per Christum: qui didicerunt etiam occasione fugere delictorum: nam vt quid dicitur: Non occides, quibus irasci non permittitur?

d ¶ Sed iniustus & non subditus: impijs & peccatoribus, &c.] Illis omnibus data est: quos abiectis criminibus nititur reuocare.

e ¶ Et si quid aliud sane doctrinae aduersatur, &c.] Sunt ergo doctrinae non sane: contra quas etiã data lex est, quæ contrariae sunt cælestibus institutis. Quid ergo ibi quaerunt, quod hic non habent? simul & legem euangelij concordare demonstrat.

f ¶ Gloria beati Dei.] Per quam glorificatur Deus.

g ¶ Quod creditum est mihi.] Ne dicerent aduersarij: quis erat ille, cui euangelium crederetur? ait.

h ¶ Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro.] Cum essem inutilis & infirmus.

i ¶ Quia fidelem me existimauit ponens in ministerio, &c.] Iustus in primordio accusator sui est: vt statim cum ceperit, aduersarius confundatur.

k ¶ Sed misericordiam Dei consecutus sum: quia ignorans feci.] Leuius esse peccatum ignorantiae demonstratur.

l ¶ In incredulitate.] Quia non credens, intelligere nõ valebã.

m ¶ Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, &c.] Vbi autem iniquitas abundauerat: statim vt credidi, amplius cæpi diligere Christum: qui mihi magna peccata dimisit.

n ¶ Fidelis sermo & omni acceptione dignus.] Quem omnes credant, & omnium conscientiarum verum esse cognoscant.

o ¶ Quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.] Ergo & me saluauit inter ceteros peccatores: tunc enim merito mihi prædicaretur, si solosiustus vocare venisset.

p ¶ Quorum primus ego sum.] Hic, sum, pro sui, ponitur: sicut Mattheus dicitur publicanus, cum iam Christi esset apostolus.

q ¶ Sed ideo misericordiam consecutus sum.] Vt David ait: Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Si mihi viderint indulta peccata, tunc docebo neminem desperare debere.

r ¶ Vt, in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam.] Qui etiam persecutoribus conuersis non solum indulget, sed etiam confert apostolatus honorem.

s ¶ Ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.] Ad exemplum, vt ne desperent.

t ¶ Regi autem seculorum immortalis, inuisibilis, &c.] Qui mihi veniam tribuit non merenti. Rex enim parui temporis

& mortalis, ac visibilis, & capax confortis, honorem & gloriam temporalem habere potest, non tamen sempiternam.

u ¶ Hoc præceptum commendo tibi fili mi Timothee.] Hucusque de statu suo, quo modo aduersarijs responderet: hinc dat auctoritatem ordinandi, docendi, quæque præcepta sunt commendat.

x ¶ Secundum præcedentes in te prophetias.] Secundum quod etiam ante hoc officium habebas gratiam prophetandi.

y ¶ Vt milites in illis bonam militiam.] Bona militia est, in qua contra diabolium & vitia militatur.

z ¶ Habens fidem.] Pro armis fidem in Christo perfectam.

a ¶ Et bonam conscientiam.] Implendo quod doces.

b ¶ Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.] Malè viuendo, ipsam quoque fidem perdidit, quam habere videbantur: siue etiam iam vitia defendentes.

c ¶ Ex quibus est Hymeneus & Alexander.] Qui amore vitiorum, ad hæresim transierunt.

d ¶ Quos tradidit satana, vt discant non blasphemare.] In interitum carnis, vt ex presenti correptione discant futurum iudicium non negare: ad emendandum traditi, non ad perendum.

CAPVT II.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes.] Obsecratio, impentior est oratio.

f ¶ Oraciones, postulationes, gratiarum actiones.] Pro eo quod nos dignos fecit: etiam pro his qui vos persequuntur & tribulant.

g ¶ Pro omnibus hominibus, &c.] Vt cognoscant Deum: siue vt subiectas habeant gentes. Illorum enim pace, tranquillitas nostra consistit: sed & si nobis Christianis sit persecutio turbatio, omnis inquietudo cessabit.

h ¶ Vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.] Ad hoc nos vult esse quietos, vt pietate & castitate, non dissensione atque luxuria, tranquillitas nostra proficiat.

i ¶ Vt quieti in sanctis operibus seruiamus.

k ¶ Qui omnes homines vult saluos fieri.] Hic probatur nemini oportere ad credendum vim inferre, nec tollere arbitrij libertatem. Sed & illud hoc loco soluitur de induratione Pharaonis, & cetera huiusmodi obiectionis quaestiones.

l ¶ Et ad agnitionem veritatis venire.] Si ipsi tamen vocanti Deo consentire voluerint.

m ¶ Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum.] Vnus enim Deus pater & filius & spiritus sanctus, id est, vna in tribus personis natura est Deitatis.

n ¶ Homo Christus Iesus.] Sicut vnus Deus, ita vnus mediator inter Deum & homines vniuersos: hoc est, nullus alius talis, nec Moyses, nec aliquis propheta: quia hic & homo erat & Deus. Sed quia de traditione erat dicturus, ideo hominem solummodo nominauit.

o ¶ Qui

a ¶ Qui

A

a ¶ *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*] Ille se pro omnibus dedit, si omnes redimi vellent.

b ¶ *Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est.*] In testimonium generi humano, sanctæ vitæ dedit exemplum: quia & prophetæ suis testimonium fuere temporibus, nouissimè autem misit filium suum ad colonos.

c ¶ *In quo positus sum ego prædicator & apostolus.*] In Christi testimonio, siue Christo.

d ¶ *Veritatem dico, &c. Volo vos orare, &c.*] Magister gentium dat legem orandi, vt auctoritate Saluatoris, neque in monte, neque in Hierosolymis aliquis orandi eligat locum, sed in spiritu: qui vbiq; nobiscum esse intelligitur. Sanè de hoc loco, & hac causa à Iudæis mora fuit quæstio, qui in templo solummodo in Hierosolymis orare cupiebant.

e ¶ *Leuantes puras manus.* &c.] A cæde, & sanguine, omniq; opere malo. Testimonium. n. innocentie, est manuum eleuatio. Non solum autem manus ab opere, sed etiam mentè ab ira & disceptatione cogitatu, qui sibi dimitti petit, debet habere mundas. Nemo aliquid impetrare potest alia cogitando.

f ¶ *Similiter & mulieres.*] Omnia quæ dixi de viris.

g ¶ *In habitu ornato.*] Honesto & conuenienti naturæ.

B

h ¶ *Cum verecundia & sobrietate ornantes se.*] Hæc sunt ornamenta feminæ Christianæ.

i ¶ *Et non intortis crinibus.*] Nō debent occasionem dare concupiscentie.

k ¶ *Aut auro, aut margaritis.*] Quæ terræ sunt partes: cuius est homo dominus institutus.

l ¶ *Vel veste pretiosa.*] Quæ præ nimia subtilitate, nec frigis arceat, & de cuius pretio plurimi vestiti eiusdem naturæ homines potuissent.

m ¶ *Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.*] Ista ergo non sunt promittentium, sed negantium pietatem.

n ¶ *Mulier in silentio discat cum omni subiectione.*] Discat quidem, sed cum omni humilitate & charitate.

o ¶ *Docere autem mulieri non permitto.*] Publicè non permittit: nam filium aut fratrem debet docere priuatim.

p ¶ *Neg. dominari in virum, sed esse in silentio.*] Ne magisterium sibi vsurpando superbiat, sed taceat in ecclesia.

q ¶ *Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus.*] Reddit causam, quare eas velit esse subiectas: scilicet quia & posteriores in factura sunt, & priores in culpa.

r ¶ *In præuacatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem.*] In præuacatione fuit mandati. Sed non ideo desperet mulier: quia per baptismum quod est filiorum generatio, ipsa saluabitur, non Eua, sed credens mulier: quia Eua ad exemplum adducta est creationis, non de ipsius salute propriè tractabatur. Cæterum quo modo iustitia iusti super ipsum erit: & quo modo Noe, Iob & Daniel filios suos liberabunt, sic per filios Eua saluabitur.

r. Tim. 2. e.

s ¶ *Si permanferint.*] Sicut superius de plurali numero mulierum, ad singularem dicens, mulier in silentio discat: ita & hic redijt ad pluralem.

t ¶ *In fide & dilectione.*] Christi, & dilectione proximorum.

u ¶ *Et sanctificatione cum sobrietate.*] Notandum quod sola fides ad salutem ei qui post baptismum supernixerit, non sufficiat, nisi sanctitatem mentis & corporis habeat: quæ sine sobrietate difficile custoditur.

CAPVT III.

Fidelis sermo: si quis episcopatum desiderat.] Primum laicos instituit: de quibus optimi qui que in sacerdotium eliguntur, & sic dicit quales debeant ordinari.

y ¶ *Bonum opus desiderat.*] Ad boni operis desiderium cum prouocat, non ad honorem.

z ¶ *Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse.*] Aut ecclesie princeps non erit: quam ideo Apostolus sine macula alibi definiuit.

a ¶ *Vnius uxoris virum.*] Viris nec hoc licet, quod velati incedant, multo magis illa quæ etiam laico prohibentur.

b ¶ *Sobrium.*] Et mente & corpore.

c ¶ *Ornatum, &c.*] His omnibus spiritualibus ornamentis.

d ¶ *Hospitalem.*] Ad humanitatis opus, cuncta plebs rectoris forma prouocetur.

e ¶ *Doctorem.*] Tam verbo, quàm exemplo. Si enim omnium vota scire voluerit vel deberet, quo modo omnes valeant respondere: quanto magis sacerdos legem exquirat: quia angelus Dei omnipotentis est.

f ¶ *Non violentum.*] Vt fiducia liter possit corripere ebriosos.

g ¶ *Non percussorem.*] Siue ne sit petulantis ad eundem: siue ne malo exemplo conscientias feriat infirmorum.

h ¶ *Sed modestum.*] Quia omnia faciat cum mentura.

i ¶ *Non litigiosum, &c.*] Seruum Dei non oportet litigare.

a pudicos

Lites autem & iurgia maximè ex cupiditatibus oriuntur.

k ¶ *Si quis autem domui suæ benè præesse nescit, quo modo ecclesie Dei diligentiam habeat?*] Ipse in sequentibus exposuit, si filios in castitate & humilitate nutriuit, hinc eius diligentia comprobatur: si enim filios suos erudire nesciuit, quo modo tantos Dei filios gubernauit, quorum mores secundum numerum sunt ditiu: vel qua fiducia, qui indisciplinatos habet filios, audebit exigere disciplinam?

l ¶ *Non neophytum, &c.*] Ne nuper renatus, cito possit per ignorantiam exaltari, & putet se non tam ministerium humilitatis, quàm administrationem secularis potestatis adeptum, & condemnationem superbiæ mereatur, sicut diabolus qui per iactantiam iudicatus atque deiectus est.

m ¶ *Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.*] Vt sine offensione Iudæis, infidelibus, atque Græcis, præsit ecclesie Dei. Omnes enim naturaliter nouerunt culpæ vitia, & laudare virtutes.

n ¶ *Vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.*] Vt non vituperetur ministerium nostrum, & per illum diabolus multos in laqueum teneat, qui poterant fieri Christiani.

o ¶ *Diacones similiter.*] Irreprehensibiles, vt episcopi eligantur. Queritur cur de presbyteris nullam fecerit mentionem, sed eos in episcoporum nomine comprehenderit: quia secundus, imò penè vnus est gradus, sicut ad Philipenses episcopis ac diaconis scribit, cū vna ciuitas plures episcopos habere non possit, & in Actibus apostolorum presbyteros ecclesie iturus Hierosolymas congregans ait. Inter cætera videte gregem, in quo vos spiritus sanctus episcopos ordinauit.

a ¶ Pudi-

E

a ¶ *Pudicos.] Continentes scilicet.*b ¶ *Non bilingues.] Sufurro & bilinguis multos turbat, pacem habentes.*c ¶ *Non multo vino deditos.] Concessit necessitati parum, qui voluntati amplius denegauit.*d ¶ *Non turpe lucrum sectantes.]*

Turpe lucrum est de cælestibus mysterijs terrena sectari.

e ¶ *Habentes mysterium fidei in conscientia pura.]*

Mysterium est, quod passio Christi redemptio est salutis humana. Si ergo intelligit purè, non confunditur de humilitate Christi. Siue si propter hoc solum prædicat mysterium fidei, propter quod debet prædicari, non vltra debitum mysterium quæstum esse existimet pietatem.

f ¶ *Et hi autem probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes.]*

Non solum episcopi, sed & isti ante ordinationem probari debent.

g ¶ *Mulieres similiter pudicas.]*

Similiter eas vt diacones eligi iubet. Vnde intelligitur quod de his dicat, quas adhuc hodie in oriente diaconissas appellant.

h ¶ *Non detrahentes.]*

Quod illis ex vi præcipiè dominantur.

i ¶ *Sobrias, fideles in omnibus.]*

In nullo dubitantes.

k ¶ *Diacones sint vnus vxoris viri, &c.]*

Non vt si non habuerint, ducant, sed ne duas habeant. Si enim digniorem facit vxor, cur non magis & digami & trigami ordiantur?

l ¶ *Qui enim bene ministrauerint.]*

Ostendit non ministeriũ tantum, sed qualitatem ministerij præmium promereri.

m ¶ *Gradum bonum sibi acquirunt.]*

Bonum, hic pro gradu maiori posuit, sunt enim minores.

n ¶ *Et multam fiduciam, &c.]*

Apud dominum petendi, & apud homines docendi, vel etiam arguendi.

o ¶ *Hac tibi scribo, &c.]*

Vt auctoritatem habeas pro me omnia ordinandi, huius epistolæ scientia confirmatus.

p ¶ *Columna & firmamentum veritatis.]*

In qua nunc sola veritas stat firmata, quæ ante in lege erat posita vel naturæ, quæ sola sustinet ædificium.

q ¶ *Et manifestè magnum est pietatis sacramentum.]*

Quod scire te cupio sacramentum incarnationis Christi, per quam generi humano pietas collata est.

r ¶ *Quod manifestatum est in carne.]*

Quod nunc in carne eius declaratum est.

s ¶ *Et iustificatum est in spiritu.]*

Demonstratum est.

t ¶ *Apparuit angelis.]*

Quando dicebant. Gloria in excelsis Deo, quando illi in eremo ministrabant.

u ¶ *Predicatum est gentibus.]*

In gentibus, omne genus hominum comprehendit.

x ¶ *Creditum est in mundo, assumptum est in gloria.]*

Videntibus apostolos, ascendit in cælum.

CAPVT IV.

Spiritus autem manifestè dicit, &c.] Prophetalem inducit affectum, quod antiqui dicebant. Hæc dicit spiritus sanctus.

z ¶ *Attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum.]* Omnis enim hæretica doctrina, demonum arte composita est.

a ¶ *In hypocrisi, loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam.]* In hypocrisi loquuntur, qui cum non contineant, tam casti volunt videri, vt etiam nuptias damnent; tam abstinentes, vt creatura Dei parce vtentes iudicent, cū ipsi commestationibus vacent. Hic verò ita castitatem & abstinentiam prædicat, vt nec naturâ, nec creaturas damnet. Ad illud fortiores hortatur, istud concedit infirmis. Illi autem hoc non amore castitatis & abstinentiæ, sed ad obumbrandum eius iustitiam faciebant, sanctiores videri volentes, quâ ille qui amore castitatis etiam nuptias concedebat, scilicet ne fornicationis erimen incurrent. Omnis enim qui nuptias damnat, non amator, sed inimicus est castitatis, dum & continentibus laudem tollit, incontinentibus sublato nuptiarum remedio, fornicationis facit inire discrimen.

b ¶ *Prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, &c.]*

Si ad proprietatem sermonis attendas, monstruosa nescio quæ prædicatur, quæ tam nubere, quàm abstinere prohibeat, dicentium hæc omnia quæ sequuntur.

c ¶ *Hæc proponens fratribus, &c.]*

Libram in omnibus tenes & omnia rationabiliter, & moderatè dispensans.

d ¶ *Enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam assécutus es.]*

Quia sacris legis literis ab infantia eruditus fuerat. Verba propriæ fidei, sunt traditio symboli. Bona verò doctrina, quæ vita instituitur Christiana.

e ¶ *Ineptas autem & aniles fabulas deuota.]*

Fidei vel religioni non aptas.

f ¶ *Exerce te ipsum ad pietatem.]*

Pietas est etiam cum tua tribulatione alijs subuenire, sicut Sareptana vidua fecit.

g ¶ *Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est.]*

Sanctarum balnearum, venationum, & huiusmodi, quæ ad breue tempus in carnali proficiunt sanitate.

h ¶ *Pietas autem ad omnia utilis est, &c.]*

Et ad præsens tempus, & in futurum: nam & ipsa vidua & in præsentia casta est, & merces eius manet in ea.

i ¶ *Fidelis sermo & omni acceptione dignus.]*

Verus apud omnium conscientiam, & cui nemo resistit.

k ¶ *In hoc enim laboramus, &c.]*

Cum certum sit apud homines, nihil nos dignum odio perpetrassè. Quid aliud sequitur, quàm quod propter vitam dissimilem blasphemamur?

l ¶ *Qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.]*

Omnium in præsentia: fidelium in futuro. Siue quia omnes de periculis liberat, & maxime fideles.

m ¶ *Præcipe hæc & doce.]*

Præcipe vt fiant; doce quomodo fiant, vel quali præmio remuneranda sint.

n ¶ *Nemo adolescentiam tuam contemnat.]*

Sic age vt admirationi sis, priusquam contempui habeatis. Hoc enim illi præcipit, quod in illius potestate constabat.

a ¶ Sed

G

H

Reg. 17.

A

a ¶ *Sed exemplū esto fidelium.*] Parum est infidelium esse formam, apud quos qui grauiora crimina non habet, magnus habetur. Hoc multum est, vt talem se exhibeat, per quem etiam sancti proficiant.

b ¶ *In verbo, in conuersatione.*] Nihil aliud magis loquaris quā domini verbum. Notandum quia fidelibus etiam verbi præbere cupit exemplum.

c ¶ *In charitate.*] Vt exemplum illis dilectionis ostendar.

d ¶ *In fide.*] Catholica, vel perfecta.

e ¶ *In castitate.*] Mentis & corporis, cuius in ligna etiam grauitate habitus præferuntur.

f ¶ *Dum venio attende dilectioni, exhortationi, & doctrinæ.*] Fac, lege, exhortare vt fiant, doce, quo modo intelligantur obscura, vt possint heri quæ leguntur.

g ¶ *Noli negligere gratiam, quæ est in te.*] Negligit gratiam, qui acceptū talentum non exercet.

h ¶ *Quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri.*] Prophetiæ gratiam habebat cum ordinatione episcopatus.

i ¶ *Hæc meditare.*] Omnis enim profectus ex meditatione descendit.

k ¶ *In his esto.*] Non enim omnis qui in his est meditatur.

l ¶ *Vt profectus tuus manifestus sit omnibus.*] Tunc manifestus erit, si in meditatione sis semper, & cum manifestus fueris, poterunt exemplo tuo ad meliora proficere.

m ¶ *Attende enim tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, &c.*] Primū tibi, deinde doctrinæ, vt vbiq; & actu salues illos doctrina pariter & exemplo.

CAPVT V.

Seniores ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.] Ne indignè ferens, se à iuniore correptum exasperetur, & non proficiat: sed obsecra, vt suo quali pater exemplo instituat iuniores.

o ¶ *Iuuenes vt fratres.*] Quia hac via libertus commouetur, similiter & sorores.

p ¶ *Anus vt matres.*] Cum omni reuerentia.

q ¶ *Iuenculas vt sorores in omni castitate.*] Et mentis & corporis.

r ¶ *Viduas honora.*] Necessaria præbendo, vel solatio conuouendo.

s ¶ *Quæ verè viduæ sunt.*] Illas veras viduas esse definiuit, quæ vniuersis curis exuta sunt, & ab omnibus desolata.

t ¶ *Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, & mutuum vicem reddere parentibus.* Hoc enim acceptum est coram Deo.] Tam diu regat domum, quā diu doceat filios paruulos aut nepotes, vt quōdā parentibus pietatis accepit, filijs reddat: ita tamen vt non hac excusatione, auaritia studeat, sed sufficientiam tantum sibi referuet, & ne liberis eius ipsa occasionem det sæculo seruiendi.

u ¶ *Quæ autem verè vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die.*] Qualis erat Anna filia Phaniel, tales præcipit honorari.

x ¶ *Nam quæ in delictis est viuens, mortua est.*] Quicquid modum naturæ excedit, delictis deputatur. Hic maximè nostri temporis viduas tangit, quæ cum hominem suæ naturæ,

qualicumque panno non vestiant, patietes pretiosis marmorum crustis exornant.

y ¶ *Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint.*] Notandum irreprehensibiles eas tam posse quā esse debere.

z ¶ *Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infidelis deterior.*] Si quis viduas abiicit aut pupillos, vel maximè parentes & pauperes, deterior est infideli: quia & illi habent naturaliter circa proximos pietatem. Siue si qua vidua filios orphanos negligat, huius sententiæ crimen incurrit. Simul notandum quōsdam fideles nomine, qui infidelibus conuersatione peiores sunt.

a ¶ *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor.*] Tales voluit eligi diaconissas, quæ omnibus essent exemplum viuendi.

b ¶ *In operibus bonis.*] Si ex tempore viduitatis suæ ista omnia custodiunt.

c ¶ *Testimonium habens.*] Sicut Tabitha.

d ¶ *Si filios educauit.*] Subauditur, Deo.

e ¶ *Si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit.*] Si non solum humilitatis habet insignia, cui non sufficit hospitio suscipere, sed etiam manu propria lauare hospitem pedes.

f ¶ *Si tribulationem patientibus subministravit.*] Hoc est, in carcere positis, vel ægrotis.

g ¶ *Si omne opus bonum subsecuta est.*] Breuiter vniuersa concludit.

h ¶ *Adolescentes autem viduas deuota.*] Deuota alijs ministerio diaconatus præponere, ne malum pro bono detur exemplum.

i ¶ *Cum enim luxuriata fuerint, in Christo nubere volunt.*] Cum sub eo tempore religionis, abundantiam habuerint, quæ sæpè soler generare luxuriam.

k ¶ *Habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt.*] Quæ se viduas promiserant permanuras. Hæc regula non solum in viduis, sed in virginibus continentibus, quæ primam fidem irritam fecerunt, intelligenda est.

l ¶ *Simul autem & otiose discurrunt circumire domos.*] Diuino minime timore detentæ, nec mariti potestate subiectæ, nullæque cura domestica occupationis ascriptæ.

m ¶ *Non solum otiose, sed & verbosè & curiosè loquentes quæ non oportet.*] Dum voluntatis suæ cupiunt præbere exemplum.

n ¶ *Volo autem iuniores nubere, filios procreare.*] Volo quia necesse est vt tales ante hoc faciant quā illud promittant, inde si transgressæ fuerint, damnationem acquirunt.

o ¶ *Matres familiæ esse.*] Matres familiæ dici possunt etiam quæ duos habent vel tres seruos: hoc dicitur ne ex hoc nomine auaritia defendatur.

p ¶ *Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.*] Si incontinentes sunt, vel ne per illas religio blasphemetur.

q ¶ *Iam enim quædam conuersæ sunt retro post satanam.*] Reddit causas quare eas nubere velle prædixerit, ne cum putarem optare: quia quædam promissum propositum Deo non redentes fuerant fornicatæ.

a ¶ Si

CAPVT VI.

E

a ¶ Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt non grauetur ecclesia.] In domo propria vt parentibus.

b ¶ Vt his qua verè viduae sunt, sufficiat.] Quae sunt omnium auxilio desolatae.

c ¶ Qui benè praesunt presbyteri.] Qui implent officium suum.

d ¶ Duplici honore digni habeantur.] Et officij & doctrinae.

e ¶ Maxime qui laborant in verbo & doctrina.] Non dixit omnium qui habent verbum, sed qui laborant in verbo. Caeterum omnes habentes praecipit ordinare.

f ¶ Dicit enim scriptura. Non infrenabis os boni trituranti, & dignus est operarius mercede sua.] Vult illis praestare carnalia a quibus alij spiritualia consequuntur: quia occupati in doctrina, necessaria sibi providere non possunt.

g ¶ Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.] In iudicium est etiam aduersus laicum accusationem recipere, cum hoc nec saeculares faciant, quanto magis aduersus domini sacerdotem?

h ¶ Peccantes coram omnibus argue.] Si de illis fuerit comprobatum.

i ¶ Vt caeteri timorem habeant.] Videntes te nemini pepercisse.

k ¶ Testor coram Deo & Christo Iesu & electis angelis eius, vt haec custodias sine prauidicio.] Obtestatur illum diuina & caelesti testificatione, vt nulla illi res prauidicet ad ista seruanda, nec electi angeli, qui sacris assistunt altaribus.

l ¶ Nihil faciens in alteram partem declinando.] Neque in dexteram neque in sinistram.

m ¶ Manus cito nemini imposueris.] Nisi talem inuenieris qualem dixi.

n ¶ Neque, communicaueris peccatis alienis.] Communicare cum dicit peccatis, qui non probatus fuerit ordinaus.

o ¶ Te ipsum castum custodi.] Non alios custodire praecipit, vt possit audenter arguere delinquentes.

p ¶ Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.] Ne putaret etiam abstinentiae se formam, infirmis dare debere, maxime cum audierit a magistro dicente, omnibus bonum esse non bibere vinum. Dat ergo ei consilium plus doctrinae causam quam abstinentiae curet, & simul ostendit quas infirmitates creaturarum medicina possit sanare.

q ¶ Quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium.] Detecti excommunicantur, siue plagis praesentibus damnantur.

r ¶ Quorundam autem & subsequuntur.] In futuro iudicio, siue hic cui latere non possunt, non ergo debent facile ordinari.

s ¶ Similiter & facta bona manifesta sunt, & qua aliter se habent, abscondi non possunt.] Non enim potest abscondi ciuitas supra montem posita, sed etiam quae ad tempus latent, non possunt diutius occultari.

Rom. 14. d.

Matt. 5. d.

G

Q Vicunque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur.] Non solum bonos, sed etiam infideles.

u ¶ Nomen domini & doctrina blasphemetur.] Ne videantur per religionem, in deterius profecisse.

x ¶ Qui autem fideles habent dominos, non contemnunt, quia fratres sunt.] Ne sibi aequalem contemnunt.

y ¶ Sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt.] Si seruiabant infidelibus timore odioso, quanto magis debent seruire fidelibus quorum charitatis participes esse meretur?

z ¶ Haec doce & exhortare.] Doce ita debere fieri, exhortare praemium ostendere Deum.

a ¶ Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini Iesu Christi, & ei quae secundum pietatem est doctrina.] Noui testamenti, veteris enim seuera doctrina est.

b ¶ Superbus est nihil sciens.] Super alios se extollens, cum non sit de sursum veniens, quam praedicat sapientiam.

c ¶ Sed languens circa quaestiones.] Nec enim reculando penitus fidem, moritur, nec aduersitatis scientia conualescit, sed diuersis occasionibus languet.

d ¶ Et pugnas verborum.] Relicto sentu veritatis ambiguitates verborum obseruant, sicut Manichaei ex verbo diuersitatem testamentorum.

e ¶ Ex quibus oriuntur inuidiae, contentionis, blasphemiae.] Quae generant lites ac blasphemias in Deum pugnando sermonibus.

f ¶ Suspiciones male.] Siue haeresim de altero suspicantur, siue audientes putant efficere veritatem.

g ¶ Consiatationes hominum mente corruptorum, & qui a veritate priuati sunt.] Ab integritate euangelij vel naturae.

h ¶ Existimantium quastum esse pietatem.] Qui putant quastus sui causa, nouum venisse testa-

mentum. i ¶ Est autem quastus magnus pietas cum sufficientia.] Multum inquit qui habet pietatem, cum sufficientia, non luxuria, sed naturae est. Siue sicut pietas est cultura Dei, ita impietas est contemptus.

k ¶ Nihil enim inuimus in hunc mundum, &c.] Nudi nati sumus, nudi etiam morituri. Quicquid hic inuenitur, hic relinquetur, non est nostrum, quod non semper nostrum est. Tanquam peregrini ergo sufficienti vsu contenti sumus, illas diuitias acquiramus quas nobiscum ad caelestem patriam ferre possimus.

l ¶ Habentes autem alimenta, &c.] Superius dixerat sufficientiam, quicquid his amplius est, diuitijs deputatur.

m ¶ Nam qui volunt diuites fieri.] Voluntatem diuitiarum definiuit, quae voluntas & habentibus est, & quarentibus.

n ¶ Incidunt in rationem & in laqueum diaboli.] Occasio tentationis est & laqueus diaboli, velle habere diuitias.

a ¶ Et de-

H

A

a ¶ Et desideria multa & inutilia & nocua.] Nunquam ergo diuitiarum desideria satiantur.

3. Reg. 27.

b ¶ Quae mergunt hominem in interitum & perditionem.] Dum ambitione bonorum tumentes, ad caelos eleuati, vsque ad inferos demerguntur, siue desiderantes alienas opes, vt aueruant factiones.

c ¶ Radix enim omnium malorum est cupiditas.] Quia & fons est, & omnium criminum augmentum. Radix excisos semper densius reparat ramos: euellenda est ergo radix, ne rami superflue excidantur.

d ¶ Quam quidam appetentes errauerunt a fide.] Hoc est, recesserunt a fide promissorum Dei, dum praesentibus oblectantur.

e ¶ Et insuerunt se doloribus multis.] Quanto amplius habuerint, tato plures sollicitudinem sustinent cruciatus: vnde & dominus diuitiarum arunas circa reliqua concupiscentia verba asseruit, suffocare.

f ¶ Tu autem homo Dei.] Non diuitiarum homo, sed Dei: nec mammonae seruus, sed Christi, cuius sunt omnia quae videtur.

g ¶ Hac fuge.] Quasi causas perfidiae, vel dolorum.

h ¶ Sectare vero iustitiam, pietatem, fidem.] In his te cupio diuitijs esse locupletem.

i ¶ Charitatem.] Dei & proximi.

B

k ¶ Patientiam, mansuetudinem.] Patientiam sustinendi, mansuetudinem non nocendi.

l ¶ Certa bonum certamen fidei.] Bonum certamen est, non pro rebus saeculi, sed vsque ad mortem pro fidei veritate certare, sicut scriptum est: In iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia. Siue vt illi student in diuitijs omnia vincere, ita & tu in fide.

m ¶ Apprehende.] Quo modo ego comprehendi.

n ¶ Vitam aeternam in quam vocatus es.] Vt illigerete cupiunt temporalem.

o ¶ Et confessus es bonam confessionem.] In baptismo abrenunciando saeculo & pompis eius.

p ¶ Coram multis testibus.] Sacerdotibus vel ministris virtutibusque caelestibus.

q ¶ Praecipio tibi coram Deo.] Praecepit auctoritate magistri.

r ¶ Qui viuificat omnia.] Omnia quae viuunt etiam si arefiant, per eius potentiam reuiuiscunt.

Ioan. 28. d.

s ¶ In Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem.] Dicens ad Pilatum. Ego ad hoc veni in hunc mundum, vt testimonium perhiberem veritati, scilicet pro ea etiam moriendo.

t ¶ Vt serues mandatum.] Sicut ille vsque ad mortem.

u ¶ Sine macula irreprehensibile.] Maculat quodammodo & reprehendi facit mandata, qui peccat.

x ¶ Vt in aduentum domini nostri Iesu Christi.] Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

y ¶ Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium.] Quando voluerit qui hoc solum potest Deus.

z ¶ Qui solus habet immortalitatem.] Ille solus proprie habet, qui angelis & hominibus dedit habere. Nos autem nec soli nec nobis habemus vt ille. Hoc contra Manichaeos qui malitiam naturam putant immortalem atque perpetuam.

C

a ¶ Et lucem habitat inaccessibilem.] Omni creaturae. Nemo enim nouit patrem nisi filius, neque filium nisi pater, & spiritus sanctus: vtrumque etiam scrutatur profunda Dei.

Matt. 11. d.

b ¶ Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, cui est honor & imperium sempiternum.] Nemo nouit, sed vnusquisque pro merito intelligit. Nam & solem tanto amplius vident singuli: quanto purius fuerit acies oculorum.

c ¶ Diuitibus huius saeculi praecipio.] Sunt & alterius saeculi diuites, qui emunt sibi aurum ignitum a Deo, & qui habent aurum in caelo, nec non qui profertur noua & vetera.

d ¶ Non sublimis sapere.] In primis principalem eorum tetigit morbum. Difficile diuitem inuenies non superbum, qui pauperes vel parentes agnoscat, & qui non grauius ferat minime sibi ab inferiore honorem deferri.

e ¶ Neque sperare.] Non sperando vilescunt, & cum sperantur, erogantur.

f ¶ In incerto diuitiarum.] De quibus incertum est vtrum illa tibi, an tu illis celerius subtraharis, multis. n. cum vita sublatum sunt. Alij proprijs eas auferri oculis videntur: nonnulli etiam inuini extraneis reliquerunt.

D

g ¶ Sed in Deo viuo.] Cuius sunt omnia.

h ¶ Qui praestat nobis omnia abunde.] Quideo abunde praestat vt viuamus, etiam alijs largientes, non vt grandi labore destruentes, maiora horrea faciamus.

i ¶ Ad fruendum.] Non ad occultandum vel negotiandum.

k ¶ Bene agere, diuites fieri in operibus bonis.] Non in auro & argento.

l ¶ Facile tribuere, communicare.] Qui facile tribuit, cito diues esse cessabit. Tribuere donare est: communicare vero multum dare.

Luc. 19. d.

m ¶ Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.] Vade veni omnia quae habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere me: quod perfectionis est fundamentum.

Eccle. 1.

n ¶ Apprehende veram vitam.] Hac enim non est vera vita, quae in suo non permanet statu. Vanitas enim sub sole dicit Ecclesiastes.

o ¶ O Timothee depositum custodi.] Commendatum a nobis seruandum tibi fidei depositum custodi.

p ¶ Deuitans prophanas vocum nouitates.] Quod a me non audisti, nec ab angelo si dicatur, libenter admittas.

q ¶ Et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.] Artis dialecticae, per quas sibi infinitam rerum scientiam haeretici promittunt, & ideo a fidei veritate cadunt.

r ¶ Gratia tecum.] Permaneat in aeternum.

Commentariorum in primam Epistolam ad Timotheum, finis.

COM-

C

COMMENTARIUM IN EPISTOLAM SECUNDAM AD TIMOTHEVM. CAPVT I.

A **A**ulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei. Non meis meritis siue a Christo missus, non sine Dei voluntate.

b ¶ Secundum promissionem vite que est in Christo Iesu. Condignum exhibens promissione seruitium. **c** ¶ Timotheo charissimo filio. Charissimo, id est, ceteris charior.

d ¶ Gratias & misericordia & pax a Deo patre Christo Iesu & domino nostro. Talis est saluatio Pauli, vt in ea omnia patris & Christi beneficia me morentur.

e ¶ Gratias ago Deo meo. Deo qui nos talem in alterutrum docuit charitatem.

f ¶ Cui seruo a primogenitoribus in conscientia pura. Omnis origo mea coluit vnum Christum: non malivolentia, sed legis æmulatione vastabam.

g ¶ Quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, non esse ac die desideras te videre. Et charitate ostendit, & iugiter orandi præbet exemplum.

h ¶ Memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear. Quas pro me abunde profudisti, vt & me ad tristitiam prouocares: quas tua adoptio præsentia releuari.

i ¶ Recordationem accipiens eius fidei que est in te non ficta, &c. Quæ vere te esse in operibus comprobat: sicut Iacobus definiuit & quæ ad te ex auiæ successione institutione, quasi hereditario iure descendit.

k ¶ Et matre tua Eunice. Quia prior credit.

l ¶ Certus sum autem quod in te propter quam causam admonete. Quia comprobauit fidem tuam, commoneri indiges, non doceri.

m ¶ Vt resuscites gratiam Dei. Quasi tribulationibus dormitantem.

n ¶ Que est in te per impositionem manuum mearum. Ad episcopatum scilicet.

o ¶ Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, &c. Contemnendi penas. Illi merito humana supplicia videntur formidare qui peccant, vt alibi dicit: Si autem malefeceris, time.

p ¶ Et dilectionis, &c. Siue pro domino, siue pro alterutro. Libenter etiam moriamur, vt omnia sobria mente faciamus.

q ¶ Noli itaque erubescere, &c. Quia nihil confusione dignum Christus exercuit: sed nec ego quem nosti, ob aliquod crimen, sed propter Deum hæc omnia quæ patior sustineo.

r ¶ Sed collabora euangelio. Tua conuersatione, siue doctrina.

IN EPISTOLAM SECUNDAM AD TIMOTHEVM. CAPVT I.

Aulus apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei secundum promissionem vite quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio: Gratias & misericordia & pax a Deo patre & Christo Iesu domino nostro.

Gratias ago Deo meo: cui seruo a progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre. Memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in aua tua Loide, & matre tua Eunice: certus sum a. q. in te. Propter quam causam admonete, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri: neque me vincendum esse, sed col labora euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem: illuminauit vitam & incorruptionem per euangelium: in quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium. Ob quam causam etiã hæc patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi & certus sum, quia potens est & depositum meum seruare in illum diem. Formam habeo sanorum verborum, quæ a me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis enim hoc quod auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phygelus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsiuit & inuenit: Det illi dominus inuenire misericordiam a domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.

CAPVT

co te commoneo, quia quos non putabam, me dereliquerunt. **l** ¶ Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. Vituperat desertores, & laudat permanentes, vt deterreat ab imitatione mala, & ad exemplum prouocet bonum.

m ¶ Sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsiuit, & inuenit, &c. Idcirco inuenit, quia sollicitè quæsiuit, vnde & ostenditur, quia idcirco non omnes quærentes inueniunt quia negligenter inquirunt.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

f ¶ Secundum virtutem Dei. Quæ sua causa adiuuat laborantes.

r ¶ Qui nos liberauit & vocauit vocatione sancta. Scilicet a peccatis.

u ¶ Non secundum opera nostra, &c. Quo proposuit nos gratis saluare per Christum.

x ¶ Ante tempora secularia. Quantum ad præscientiam Dei, ante seculam iam donauit. Nam homines solent filijs parare prædia, priusquam nascantur.

y ¶ Manifestata est autem nunc. Quæ ante latebat.

z ¶ Per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi. Verbis scilicet & exemplis.

a ¶ Qui destruxit quidem mortem: illuminauit autem vitam & incorruptionem. Doctrina sua & conuersatione destruxit peccata, quæ mortem hominis generabant, & ostendit quo modo vita & incorruptio quæretur.

b ¶ Per euangelium. Volentes docuit, non coegit inuitos.

c ¶ In quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium. Ad comparationem aliorum posuit dici magistri. Ad comparationem nemo magister verus.

d ¶ Ob quam causam hæc patior. Non ob aliquod crimen, sicut nos pati Petrus horratur, dicens. Nemo vestrum patietur quasi homicida: si autem vt Christianus, non erubescat.

e ¶ Sed non confundor. Hic non erubescit in catenis, cum nos in solis opprobrijs confundimur.

f ¶ Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est. Scio enim eum fidelem & potentem.

g ¶ Depositum meum seruare in illum diem. Apud me ipse quod deposuit, conseruabit: siue quod ego apud illum commendo, restituet in futuro.

h ¶ Formam habeo sanorum verborum quæ a me audisti in fide & dilectione in Christo Iesu. Secundum meam formam vide & doce, quæ a me breuiter accepisti, quo modo integre credere & alterutrum diligere debeamus.

i ¶ Bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Quod apud te per spiritum sanctum commendauit, adiutorio eius depositum custodi.

k ¶ Scis enim hoc quod auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt, &c. Idcirco te commoneo, quia quos non putabam, me dereliquerunt.

l ¶ Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. Vituperat desertores, & laudat permanentes, vt deterreat ab imitatione mala, & ad exemplum prouocet bonum.

m ¶ Sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsiuit, & inuenit, &c. Idcirco inuenit, quia sollicitè quæsiuit, vnde & ostenditur, quia idcirco non omnes quærentes inueniunt quia negligenter inquirunt.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

Temp.

E

CAPVT II.

T ergo fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, &c.] Siue præsentibus multis, tibi dedi mandata qualiter docere debeas, siue quæ dixi multis prophetarum exemplis & testimonijs confirmaui.

b ¶ *Hac commenda fidelibus hominibus.*] Qui fideliter possunt gratiam Dei dispensare, hoc est, solius Dei causa prædicare.

c ¶ *Qui idonei erunt & alios docere.*] Non solum ipsi facere, sed & alios erudire.

d ¶ *Labora sicut bonus miles Christi Iesu.*] Ideo milites dicimur, quia hostes habemus, contra quos laboriose debemus dimicare.

e ¶ *Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit.*] Comparatione militantium vitur, ut ostendat multo magis nos à negotijs secularibus liberos esse debere, ut Christo placeamus, cum etiam sæculi milites à reliquis actibus vacent, ut possint imperatori suo placere perfecte.

f ¶ *Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit.*] Alia comparatione id ipsum dicit. Multi enim certant, sed ille solus qui tota virtute vicerit, coronatur.

g ¶ *Labor autem agricolam oportet primum de fructibus accipere.*] Ne diceret: unde ergo victurus sum, si me totum occupauero in doctrina: ostendit eum primitias fructuum à populo debere accipere, præter mercedem quam à domino accipiet in futuro.

h ¶ *Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.*] Eorum quæ propter quærentes occasione, comparationis velamine fuerant obumbrata.

i ¶ *Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex femine David.*] Hoc contra illos qui carnis resurrectionem negant consequenter, etiam Christi negabant: sed aduersus illos qui negant Christum in carne venisse, quos Ioannes antichristos appellat.

k ¶ *Secundum euangelium meum.*] Secundum quod me prædicare non nescitis.

l ¶ *In quo laboro vsq; ad vincula quasi male operans.*] Non tamen male.

m ¶ *Sed verbum Dei non est alligatum.*] Quia & præsentibus fiducia liter doceo, & literis absentes confirmare non cesso.

n ¶ *Ideo omnia sustineo propter electos.*] Ideo tribuni auxilium petui ac postea Cæsarem appellauit, ut per me confirmarentur, cum passionem potuerim moriendo finire.

o ¶ *Ut & ipsi salutem consequamur, quæ est in Christo Iesu cum gloria caelesti.*] Quæ salus in Christo, est non nuda, sed gloria vestita: nec terrena gloria, sed caelestis.

p ¶ *Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & conuiuemus.*] Veritatis ratione subnixus. Si enim à vitijs & voluptatibus sumus commortui Christo, viuemus cum illo. Alioquin quomodo sperare poterimus hoc?

q ¶ *Si sustinemus, &c.*] Si sustinuerimus cum necesse fuerit quod ille sustinuit, tunc demum regnare poterimus simul.

r ¶ *Si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.*] Siue credamus siue non credamus: non aliud potest exhibere linguis quam promissit. Quia veritas contra se non faciet, ne se negare videatur.

CAPVT II.

T ergo fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, & qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. ut ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit. Labora autem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex femine David secundum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria caelesti. P fidelis sermo: nam si commortui sumus, conuiuemus: si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc commune testificans coram Deo. Noli contendere verbis, ad nihil n. vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Solicite cura te ipsum probabiliter exhibere Deo, operari in incosufibile. recte tractate verbum veritatis. z Profana autem & vaniloquia deuita, multum, &c. Irreligiosas hæreticorum fabulas, qui negant resurrectionem, per quas v. tique iudicis timore sublato, ad omnem impietatem & ad cuncta crimina peruenitur.

a ¶ *Et sermo eorum ut cancer serpit.*] Cancer dicitur vulnus quod in mamillis nascitur feminarum, cui nisi cito subuenit fuerit, cum virus ad cor serpendo peruenit, nullum remedium est. Ita & hæreticorum sunt vitanda colloquia, ne per aures irremediabiliter vulnerent mentes.

b ¶ *Ex quibus est Hymenæus & Philetus qui à veritate exciderunt.*] Nomina signat, ut nouerit, quos de beat præcaueret.

c ¶ *Dicentes resurrectionem iam factam, &c.*] In filijs, siue ossa viuificata in Ezechiele Israelis interpretabantur de captiuitate collecta quasi resurrexisse.

d ¶ *Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc.*] In quorum corde fides Christi erat fundata, non sunt seducti vel moti: & hoc quia Dei essent habentes iudicium, sicut Moyse tempore fuit in quo Dathan & Abiron subuersi sunt, non simul cum impijs perierunt, Deo illos esse optimos cognoscente, ut in Numeri scriptum est libro.

e ¶ *Cognouit dominus qui sunt eius, &c.*] Vt Sion simul peccat cum iniquis.

f ¶ *In magna autem domo.*] Magnam domum, non ecclesiam dicit ut quidam putant, quæ non habet maculam neque rugam, sed mundum. Vnde ait Hieremias. O Israel quæ magna est domus domini, &c. In qua sunt zizania mixta cum tritico: nam resurrectione negantes, in ecclesia esse non possunt.

g ¶ *Non solum sunt vasa aurea & argentea.*] Pretiosa & fortia.

h ¶ *Sed & ligna & fœtilia.*] Infirma.

i ¶ *Et quædam quidem, &c.*] Si quis se à doctoribus hæreticis mudauerit & crediderit in resurrectionem futuram, iudicium Dei per omne opus bonum implere studet.

A a ¶ *Iuuenilia autem desideria fuge.*] Quia hi ex senioribus esse non possunt, si hæc agant quæ grauitati non conueniunt Christianæ, & à iuuenibus vincuntur si habeant leuitatem.

b ¶ *Sectare vero iustitiam, fidem, spem, charitatem.*] Hic fidem integritatem dicit.

c ¶ *Et pacem.*] Illam pacem, quæ religioni debetur.

d ¶ *Cum his qui inuocant dominum de corde puro.*] Beati mundo corde, de quibus dicitur: quid me vocatis Deum, & uo facitis quæ dico?

e ¶ *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites.*] Stultæ omnes & sine disciplina legi sunt quæstiones.

f ¶ *Seruum autem domini non oportet litigare.*] Seruus est Christi, qui non clamauit neque contendit, neque audiuit quisquam uocem eius, secundum quod Doeg propheta prædixit.

g ¶ *Sed mansuetum esse ad omnes.*] Non solum ad amicos.

h ¶ *Docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati.*] Omnes semper docere patienter, non in furore, sed cum modestia.

i ¶ *Ne quando det illis Deus penitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiciant à diaboli laqueis, à quo capti ueniunt ad ipsius uoluntatem.*] Non de Dei bonitate dubitat, sed de accipientium prauitate. Det illis Deus perpetuam, mitè, blandamque correptionem, ut accepta ratione respiciant. Simul & contra Nouatianos penitentia negatores, qui hereticos conuersos ueniam non posse confessi perhibent.

C A P. III.

Hoc autem scito quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa.] Non sit tibi mirum quod quod die peior ueniat.

l ¶ *Et erunt homines seipso amantes.*] Non Dei gloriam, sed suam quaerentes.

m ¶ *Cupidi, elati.*] Auari & in auaritia iactabundi.

n ¶ *Superbi, blasphemii.*] Cum nolint discere, doctrinam usurpant.

o ¶ *Parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione.*] Veteribus scilicet doctoribus, qui eos per euangelium genuerunt.

p ¶ *Sine pace, criminatores.*] Pacis sanctorum.

q ¶ *Incontinentes, immites, sine benignitate.*] In omnibus uiciis.

r ¶ *Proditores.*] Inuicem occupantes.

s ¶ *Proterui, sumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei.*] Sollicitudo in dicitum est abundantioris amatoris: qui enim facili voluptates quam domini præcepta libentius audit aut loquitur, talis est.

t ¶ *Habentes speciem quidem pietatis.*] In habitu vel doctrina.

u ¶ *Virtutem autem eius abnegantes.*] Ipsam rem operibus abnegantes.

x ¶ *Et hos deuita.*] Ne corrumpant mores bonos, colloquia praua.

y ¶ *Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.*] Illas capiunt quæ sunt onerata peccatis, impunitatem illis ac ueniam promittentes, siue infirmas mentes quæ feminis comparantur.

z ¶ *Quæ ducuntur uariis desideriis.*] Noua semper discere cupientes.

C A P. III.

Hoc autem scito quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine benignitate, proditores, proterui, sumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uariis desideriis, semper discentes & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quæ admodum autem & Iamnes & Iambres resistunt Moyse, ita & hi resistunt ueritati: homines corrupti mentis, reprobis circa fidem, sed ultra non proficiunt. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passionem, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficiunt in peius, errantes & in errorem mittentes. Tu uero permansisti in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

C A P. V.

l ¶ *Tu uero permansisti in his quæ didicisti.*] Nolo ista te terreat vel seducant.

m ¶ *Et credita sunt tibi.*] A Deo per nos.

n ¶ *Sciens à quo didiceris, & qui ab infantia sacras literas nosti.*] Siue à uero apostolo, siue per legem à Deo.

o ¶ *Quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu.*] Sine fide enim Christi, iam non sufficiunt ad salutem.

p ¶ *Omnis enim scriptura diuinitus inspirata & utilis est ad docendum, &c.*] Ideo data est legis instructio, ut eius consilio cuncta facerent, iuste iusta faciamus.

a ¶ *Semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis perueniunt.*] Quia nihil definitum tenent, quique traditiones uult tenere diuersas, non probatas. Ab uno enim dicta ab alio destruuntur.

b ¶ *Quemadmodum autem Iamnes & Iambres resistunt Moyse, ita & hi resistunt ueritati.*] Sicut illi per Magice artis prætigias, ita & isti per argumentorum fallaciam. Simulque ostendit Moyse ueritatis fuisse doctorem aduersus obtrectatores ueteris testamenti.

c ¶ *Homines corrupti mente, &c.*] Tam moribus corrupti quam circa fidem reprobi.

d ¶ *Sed ultra non proficiunt.*] De omnibus hæreticis dicit, sed de his quos tunc cito nouerat in spiritum destruendos. Cæterum ipse inferius quosdam in peius proficisse prædixit.

e ¶ *Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum.*] Confessi sunt, sed digito superiurato.

f ¶ *Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, &c.*] Plus tibi crede de me quam illis, siue idcirco tibi non timeo, quia scio te doctrinam & uirtutem meam optime cognouisse.

g ¶ *Persecutiones, passionem, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, &c.*] Ex his potuisti cognoscere, me nihil propter homines facere, qui tantum passus.

h ¶ *Et ex omnibus eripuit me dominus.*] Ita & te de omnibus eripiet, si sequaris.

i ¶ *Et omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.*] Nō solum ego, sed & omnes qui non occidunt animas in adulando. Timendum ergo nobis est, ne non pie uiuamus, qui nihil patimur propter Deum.

k ¶ *Mali autem homines & seductores proficiunt in peius, errantes & in errorem mittentes.*] Hoc de adulatoribus dicit, qui dum à stultis hominibus diliguntur magis decepti decipiunt, siue de hæreticis accipiendum.

E

CAPVT IV.

Testificor coram Deo & Christo Iesu qui iudicaturus est viuos & mortuos: & per aduentum ipsius & regnum eius.] Contestatur illum per vniuersa quæ credit religio Christiana, vt verbum Deo instantè annuntiet. Qui iudicaturus est viuos & mortuos: Quia viuos inueniet, mortuos suscitabit.

b ¶ Prædica verbum, inſta oportune, importune.] Opportunum est libenter audire. Importunum est inuito prædicare.

c ¶ Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina.] Argue peccantes, conſtare ne peccent. Increpa reſiſtentes: ſed hæc omnia cum patientia & ſecundum doctrinam.

d ¶ Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.] Veram & perfectam, ſicut Iſrael audire noluit prophetas.

e ¶ Sed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros.] Tales magiſtros inquit, qui ea dicunt quæ ipſi audire deſiderant, vt ſecuri delinquant.

f ¶ Prurientes auribus.] Qui delectare deſiderant, non compungere.

g ¶ Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.] A veritate legis quæ vitia damnat: ad rationes humanas, quæ Deum vt pium non vindictarum eſſe concinnat.

h ¶ Tu vero vigila, in omnib. labora.] Quæ ad vtilitatem pertinent audientium.

i ¶ Opus fac euangelizæ.] Verbum tuum, operibus conformetur.

k ¶ Miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.] Episcopatus ſcilicet. Non enim ſemper ero in corpore vt vt valeam commonere.

l ¶ Ego enim iam delabor, & tempus reſolutionis meæ inſtat.] Mortem ſuam, ſacrificium Deo futurum dixit, vt eum ad martyrium prouocet.

m ¶ Bonum certamen certauit, curſum conſummaui.] Modo iam confidenter hoc dicit, in extremo vitæ limite conſtitutus, comparatione autem vtitur in agone certantium.

n ¶ Fidem ſeruaui.] Fidem ſuſcepti officij in finem vſque ſeruaui.

o ¶ In reliquo reſpoſita eſt mihi corona iuſtitie, quam reddet mihi dominus in die illa iuſtus iudex.] Qui nouit me vſque ad mortem pro iuſtitia dimiſiſſe.

p ¶ Non ſolum autem mihi.] Quia non perſonis debetur meritis, ſed labori.

G

q ¶ Sed & his qui diligunt aduentum eius.] Qui gaudent adueniſſe Chriſtum & iuſtitiam docuiſſe. Sive qui ſic agunt vt aduentum domini libenter expectent.

r ¶ Feſtina ad me venire cito. Demas me dereliquit diligens hoc ſæculum, & abiit Theſſalonicam.] Neceſſe erat vt diligens ſæculum, non amâtem ſæculum relinqueret. Omne enim animal ad ſibi ſimile coniungitur.

s ¶ Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas eſt mecum ſolus.] Iſti miſſi ſunt, non deſeruerunt.

t ¶ Marcum aſſume & adduc tecum, eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Tychicum autem miſi Ephesum.] Verbi Dei, vel cuiuſlibet neceſſitatis.

u ¶ Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens aſſer tecum & libros, maxime autem & membranas.] Non dixit penulam meam, potuit enim conuectus aliquis, ad pedes eius inter cætera impoſuiſſe vendendam.

x ¶ Alexander ararius multa mala mihi oſtendit, reddat illi dominus ſecundum opera eius.] Quoniam verbis Dei reſiſtit, cum habebant rationem.

y ¶ Quem & tu deuita.] Monet caueti latrantes.

z ¶ Valde enim reſtitit verbis noſtris.] Si noſtris reſtitit, quanto magis tuis?

a ¶ In prima mea deſenſione nemo aſſuit, ſed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.] Quando primum cepi euangelium defendere.

b ¶ Dominus mihi aſſuit & confortauit me.] Cum dicit ſibi dominum in omnibus aſſuiſſe, ne timet cohortatur.

c ¶ Vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes.] Nô quod ego mori timerem.

d ¶ Et liberatus ſum de ore leonũ.] Perſecutoris.

e ¶ Liberauit me dominus ab omni opere malo.] Ab inſidiantium malignitate.

f ¶ Et ſaluum faciet in regnum ſuum cœleſte.] Quo modo hic liberat, ita in regnum ducit.

g ¶ Cui gloria in ſæcula ſæculorum, &c.] Ob hæc omnia.

h ¶ Trophimum autem reliqui inſirmum Mileti, &c.] Hic probatur, quia non propter ſanitatẽ carnalem tantum apoſtoli curabant, ſed vt etiam ſigna monſtrarent: quia hic ſuum diſcipulum non curauit.

i ¶ Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu tuo. Gratia vobis cum, Amen.

H

Commentariorum in Epistolam ad Timotheum, finis.

COMMENTARIJ IN EPISTOLAM AD TITVM.

CAPVT I.

Raulus seruus Dei.] Non peccati. **O** **A**postolus Iesu Christi.] Non omnis teruus apottolus. Ideo autem Christi: quia ab iplo missus fuerat praedicare.

C **S**ecundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, &c.] Secundum eam fidem, qua credentes electi sunt, cum cognouerit veritatem: quae agnitio non ex merito est, sed ex dominica veritate.

D **Q**uam promiste qui non mentitur Deus.] Si non mentitur, non exhibet aliud quam quod promissit, iustis scilicet & iniustis: quamuis hominibus durum esse videatur.

E **A**n te tempora secularia.] Ante omnia tempora apud se propositu per filium saluare credentes.

F **M**anifestauit autem temporibus suis verbum suum.] Tunc manifestauit consilium suum, quando praeseriat factum esse, omnem scilicet mundum a iustitia diuersum.

G **P**raedicatione qua credita est mihi secundum praecceptum saluatoris nostri Dei.] Quo Paulum & Barnabam legere praecipit vt gentibus praedicarent.

H **T**ito dilecto filio secundum commune fidem, &c.] Secundum fidem filius, non natura.

I **H**uius rei gratia reliquit Crete, &c.] Quae defunt, recto tenore corrigi, & tunc demum presbyteros poteris ordinare, cu omnes in ecclesia fuerint recti.

K **S**i quis sine crimine est, vnus vxoris vir.] Notandum quod in sacerdotum etiam alijs licita prohibentur.

L **F**ilios habens fideles, &c.] Ne non possit audenter conripere delinquentes: siue vt experientiam eius doctrinae, de domus suae disciplina noscatur.

M **O**portet enim episcopum, &c.] Ipsum dicit episcopum quem superius presbyterum nominauit.

N **S**icut Dei dispensatorem.] Si ergo humanarum legum dispensatores presbyteri quaerunt, & iusti, quales esse debent qui diuina iura dispensant.

O **N**on superbum, non iracundum, non vinulentum, &c.] Non debet discipulus Christi percutere: qui percussus est, & non repercutit. Non turpe lucrum adulando sectari, terrenum scilicet, qui caelestia & diuina promittit.

P **S**ed hospitalem.] Primo vitia damnauit, vt virtutes inferret secundum consuetudinem scripturarum.

Q **B**enignum.] Vt hospites non cum tristitia, sed cum beneuolentia suscipiat.

R **S**obrium, iustum, sanctum, continentem.] Incontinentiam vel continentiam nunquam nominat apostolus, nisi in causa luxuriae: iustum iudicio, continentia sanctum: ne quia vnus vxoris fecerat mentionem, locu incontinentiae dedisse putaretur.

IN EPISTOLAM AD

TITVM.

CAPVT I.

Raulus seruus Dei, apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis: quae secundum pietatem est in spem vitae aeternae, qua d promissit qui non

metitur Deus ante tempora secularia, manifestauit autem temporibus suis verbum suum in praedicatione, quae credita est mihi secundum praecceptum Saluatoris nostri Dei: Tito dilecto filio secundum commune fidem: Gratia & pax a Deo patre & Christo Iesu Saluatore nostro. Huius rei gratia reliquit te Crete, vt ea quae defunt, corrigas: & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, vnus vxoris vir, filios habens fideles non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinulentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermone, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contra dicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & seductores, maxime autem qui de circuncisione sunt: quos oportet redargui, qui vnuerfas domos subuertunt, docentes quae non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta: Cretenfes semper mendaces, mala bestiae, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, vt sani sint in fide, non intendentes in laicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se a veritate. Omnia munda munda, & iniqua sunt eorum & mens & conscientia. Confitetur se nosse Deum, factis autem negant: cu sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonu reprobi.

CAPVT II.

Tv autem loquere quae decent sanam doctrinam. Senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices,

K **C**um sint abominati & incredibiles: & ad omne opus bonum reprobi.] In sola confessione legis religiosiores se dicunt, cum illa non faciant quae quaeruntur.

CAPVT II.

Tv autem loquere quae decent sanam doctrinam.] Quae ad vitam pertinent Christi.

M **S**enes, vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.] Hic senes aetate & ordine possunt intelligi, ecclesiae praecipue seniores, quibus omnibus formam praebere necesse est.

N **A**nus similiter.] Quae ad aliarum eligebantur exemplum.

O **I**n habitu sancto, non criminatrices.] Habitus enim non sanctus est, de quo alibi dicit: Non tortis criminibus, & reliqua.

I **A**mplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermone.] Diligentem doctrinam & semper inde loquentem, non fabulas saeculares & vanas.

T **V**t potens sit exhortari, &c.] Talis eligendus est, qui exhortari possit, & contradicentes arguere in doctrina sana, quae sanat audientes, siue quae nulla falsitate corrupta est.

U **S**unt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & seductores.] Apostolica doctrina non obtemperantes, & ad nullum profectum loquentes.

X **M**axime autem qui de circuncisione sunt.] Qui humanas potius traditiones obferuant quam diuina mandata.

Y **Q**uos oportet redargui, qui vnuerfas domos subuertunt, &c.] Quae iam superflua temporibus Christi, ceremonias autem Iudaorum ab eis doceri dicit.

Z **D**ixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta.] Callimachus scilicet. Vide quales sunt, qui etiam a suis tale testimonium promerentur.

A **C**retenses semper mendaces.] Amantes mentiri, noxj oratores, pariter otiosi.

B **M**ala bestiae, ventres pigri.] Ideo ferias & otia libenter admittunt.

C **T**estimonium hoc verum est, &c.] Traditionibus humanis, de quibus dominus in euangelio Iudaeis loquitur, secundum am Esaiam, dominum non in corde, sed in labijs honorantes.

D **A**uersantium se a veritate.] Noui scilicet testamenti.

E **O**mnia munda munda.] Quia adhuc secundum legem immunda vocabantur.

F **C**onquinatis autem & infidelibus.] Conquinati & infideles sunt, qui non credunt iugum legis a collo credendum dominum abstulisse, id est, omnia quae temporaliter fuerant instituta.

G **N**ihil est mundum.] Eorum quae in scientia eorum immunda iudicantur.

H **S**ed inquinata sunt eorum & mens & conscientia.] Etiam in hoc ipso.

I **C**onfitentur se nosse Deum, factis autem negant.] Se melius Christum dicunt nosse vt ex lege promissum: sed factis eius aduerum negant: cum se sine legis auxilio putant iustificari non posse.

Mat. 15. 2

D Eai. 29. d

E
i. Tim. a. c.a ¶ *Non multo vino seruietes.*] Sed paruo vientes.b ¶ *Bene docentes, &c.*] Docere illis permittit, sed feminas : & hoc non in ecclesia, sed priuatim.c ¶ *Adolescentulas, &c.*] Non alienos, siue ideo dicit, ne alia quæ continentes erant, non diligenter viros suos : & verbum Dei tanquam diffidium prædicans culparetur.d ¶ *Domus curam habentes.*] Ne viros suos in aliquo contristarét.e ¶ *Benignas, &c.*] Ne vel ipsæ blasphemarent, si gentes sunt, vel alij videntes eas peiores effectas quam fuerant ante fidem.f ¶ *Iuuenes similiter, &c.*] Auferentes ab eis causam luxuria.g ¶ *In omnibus.*] Quæ iunguntur, siue non solum corpore, sed & mente.h ¶ *Teipsum præbe exemplum bonorum operum.*] Ne exemplo destruas verbum, & vt aucter corripias delinquentes.i ¶ *In doctrina, &c.*] Quo solum modo doceri potest, integritas vero nec muneribus corrumpitur, nec acceptione persone.k ¶ *Verbum sanum, irreprensibile.*] Nullius adulationis accensione languens.l ¶ *Vt is qui ex aduerso est, &c.*] Qui tibi potest contradicere si quid in te tale notauerit.m ¶ *Seruos dominis suis subditos esse, &c.*] Quæ imperant iusta.n ¶ *Non contradicentes.*] Ne murmurationem facientes, & mercede priuemini, & homini existatis ingrati.o ¶ *Non fraudantes, &c.*] Siue in his quæ illis conceduntur, siue vt in opere ostendant bonum esse quod credunt.p ¶ *Doctrinam, &c.*] Dum eorum operibus laudantur.q ¶ *Apparuit enim gratia Dei, &c.*] Nullam conditionem excipit.r ¶ *Erudiens nos, &c.*] Sæculare est omne desiderium carnale, & omnis habitatio temporalis.s ¶ *Sobrie.*] Perfecite, domino dicente : Attendite ne grauentur corda vestra in crapula & ebriitate, & curis huius vitæ.t ¶ *Iuste & pie viuamus in hoc sæculo.*] Iustitia non temperatur nisi pietas adiungatur.u ¶ *Expectantes beatam spem.*] Qui eius mandata seruauerint.x ¶ *Et aduentum gloriae Dei, &c.*] Spiritum dicit magnum Deum : quia ipsius expectamus aduentum.y ¶ *Qui dedit semetipsum pro nobis, &c.*] Quia se dedit, caueamus ne beneficium eius inane & irritum faciamus.z ¶ *Hac loquere & exhortare.*] Omnis sermo tuus in hac exhortatione consistat.a ¶ *Et argue cum omni imperio.*] Acriter argue eos qui ita viuunt.b ¶ *Nemo te contemnat.*] Talem te exhibe ne contèni possis. Vita enim auctoritatè tribuit verbo.A ¶ *Admone illos principibus & potestatibus subditos, &c.*] Non ad aliquod malum.d ¶ *Neminem blasphemare.*] Ne illos quidem qui merentur vicem reddendo, prouocent litè.e ¶ *Non litigiosos esse, &c.*] Ne ¶ *Omnem ostendentes mansuetudinem, &c.*] Non solum ad bonos vel ad amicos.g ¶ *Erasmus enim aliquando & nos insipientes, &c.*] Ne desperent correptionem suam, opponit exemplum se : quia & nos fuimus, inquit, tales : debemus igitur patienter eorum insipientiam tolerare.h ¶ *Cum autem benignitas & humanitas, &c.*] Siue largitas misericordiae Dei, siue fandum hominem Christus.i ¶ *Per lauacrum regenerationis, &c.*] Quia nos spiritus sanctus per baptismum renouauit.k ¶ *Quem effudit in nos abunde, &c.*] Abundantius quam in veteri testamento.l ¶ *Vt iustificati gratia ipsius, &c.*] Non secundum carnalem hereditatem vitæ temporalis.m ¶ *Fidelis est sermo.*] Ne quis dubitet.n ¶ *Et de his volo te confirmare.*] Confirmare scientem, non instruere ignorantem.o ¶ *Vt curent bonis operibus præsse qui credunt Deo.*] Ad bona opera docenda præcellat.p ¶ *Hæc sunt bona & vitia hominibus.*] Hæc non illa quæ sequuntur.q ¶ *Stultas autem quæstiones, &c.*] Non vult nos superfluis contentionebus implicari, quæ in lege de generationibus oriuntur : sed hæc loqui semper, de quibus proficienter audientes.r ¶ *Et pugnas legis deuota, &c.*] Quasi contrariæ oppositiones quas heretici consecantur.s ¶ *Hereticum hominem, &c.*] Nec circa ipsos nos occupari permittit, si correpti iterum nõ corrigantur, ne tempus inani contentione perdamus : & aliquid proprio iudicio conatus nihil efficiat : quia vniuique manet libertas arbitrij, & funiculis peccatorum vnusquisq; constringitur.t ¶ *Cum misero ad te Artemam, &c.*] Vt nihil perdant de fructu doctrinæ tradentes.u ¶ *Discant autem & vestri bonis operibus præsse, &c.*] Idipsum repetit quod superius dixerat : Current bonis operibus præsse credentes.x ¶ *Salutate te qui mecum sunt omnes, &c.*] Qui nos fideliter amant, siue qui fidei causa nos amant. Notandum quod excipit apostolos, quos salutat.

Commentariorum in Epistolam ad Titum, finis.

C O M.

COMMENTARIUM IN EPISTOLA AD PHILEMONEM.

PAVLVS vinc̄tus Christi Iesu.] In carcere vel in catenis.

b ¶ Philemoni dilecto adiutori nostro : & Apphia charissima.] In euāgelio adiutrici. Apphia vero soror vel coniux creditur.

c ¶ Et Archippo commilitoni nostro.] Hic diaconus erat, de quo ad Colossenses ait : Dicite Archippo : Vide ministerium quod accepisti, ut illud impleas.

d ¶ Et ecclesia que in domo tua est. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo.] Cum omni gratiarum actione & cum gaudio exorat.

e ¶ Gratiarum ago Deo meo semper, memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem.] Quæ nobis in bonis operibus innotescit.

f ¶ Quam habes in domino Iesu & in omnibus sanctis.] Qui diligit caput, necesse est eum omnia diligere membra.

g ¶ Ut communicatio fidei tua evidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu.] Omnes sanctos diligis, intantum, ut omnes boni nostrorum in Christo evidenter te fidelem esse cognoscant.

h ¶ Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua : quia viscera sanctorum requieverunt per te frater.] Quos hospitio recipiens refecisti.

i ¶ Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperavi tibi.] Cum nobis causa ipsius, dederit fiduciam imperandi, tamen charitate faciendi oblectare malimus quam iubere.

k ¶ Quod ad rem pertinet.] Quod ad rem pertinet rei Christianæ.

l ¶ Propter charitatem magis obsecro, cum talis sis ut Paulus senex : nunc autem & vinc̄tus Iesu Christi.] Mo-

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

P

Aulus vinc̄tus Christi Iesu, & Timotheus frater, b Philemoni dilecto adiutori nostro, & Apphiæ sorori charissimæ, c & Archippo comilitoni nostro, & ecclesiæ d quæ in domo tua est : Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo. e Gratiarum ago Deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem f quam habes in domino Iesu & in omnibus sanctis. g ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. h Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua : quia viscera sanctorum requieverunt per te frater. i Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi, k quod ad rem pertinet : l propter charitatem magis obsecro cum sis talis ut Paulus senex : nunc autem & vinc̄tus Iesu Christi m obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit : nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. n Tu autem illum ut mea viscera suscipe. o Quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis euāgelij.] Ex hoc cognosce qualis sit, qui mihi ita placuit ut tua vice ministraret.

p ¶ Sine consilio autem tuo nihil volui facere.] Ita loquitur ut eum ad ipsum remittat, siue ut magis eius utilitas commendetur.

q ¶ Ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.] Notandum quod neminem voluerit necessitate boni aliquid facere, ne mercedem amitteret.

r ¶ Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut in æternum illum reciperes.] Forte hoc Dei providentia procuravit.

s ¶ Iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem.] Iam enim non quali ex necessitate seruus, sed quali frater voluntarius.

t ¶ Maxime mihi : quanto autem magis tibi, & in carne & in domino.] Cui & carnaliter, & secundum fidem debet obsequium.

u ¶ Si ergo me habes socium, suscipe illum sicut me.] Si me diligis, ita illum suscipe sicut me : quia ego illum diligo sicut te.

x ¶ Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi manu mea : ego reddam : ut non dicam tibi quod & te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruor in domino : refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico, facies. Simul autem & para mihi hospitium, &c.] Hic ostenditur : quia prima vice sit ex urbe dimissus.

y ¶ Salutat te Epaphras captivus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, &c.] Non alicuius criminis causa, sed fidei societate.

Salutat te Epaphras captivus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.

Collegij Societatis S. W. Laderborna Anno 1684.

Commentariorum in Epistolam ad Philemonem, finis.

D. HIERON
Tom. VI. 78

D

Commentariorum in Epistolam ad Romanos, Liber VI.